



Pallake

<https://hdl.handle.net/1874/288742>

1927

PALLAKE

SCRIPSIT

M. DE VRIES

A. qu.
192

PALLAKE

BIBLIOTHEEK UNIVERSITEIT UTRECHT



2957 619 0

PALLAKE

PROEFSCHRIFT TER VERKRIJGING VAN DEN
GRAAD VAN DOCTOR IN DE LETTEREN EN
WIJSBEGEERTE AAN DE RIJKSUNIVERSITEIT
TE UTRECHT, OP GEZAG VAN DEN
RECTOR-MAGNIFICUS DR A. NOORDTZIJ,
HOOGLEERAAR IN DE FACULTEIT DER GOD-
GELEERDHEID, VOLGENS BESLUIT VAN DEN
SENAAT DER UNIVERSITEIT, TEGEN DE BE-
DENKINGEN DER FACULTEIT VAN LETTE-
REN EN WIJSBEGEERTE TE VERDEDIGEN OP
VRIJDAG 4 MAART 1927 DES NAMIDDAGS
TE 3 UUR DOOR

M. DE VRIES
GEBOREN TE HOORN

H. J. PARIS
AMSTERDAM MCMXXVII

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

AAN
MIJN VROUW

Bij de voltooiing van deze dissertatie kwijt ik mij van een aangename verplichting, wanneer ik U, Hooggeleerde BOLKESTEIN, Hooggeachte Promotor, mijn hartelijken dank betuig in de eerste plaats hiervoor, dat Gij mij tot zoo grooten steun geweest zijt bij de bewerking van dit proefschrift. Zeer veel heb ik, in de uren op Uw studeerkamer doorgebracht, en het waren er niet weinige, die Gij voor mij beschikbaar hebt gesteld, van U geleerd. En in de tweede plaats dank ik U voor de wijze, waarop Gij mij, sinds lang gewoon anderen te doceeren, op de gebreken, die aan mijn werk kleefden, hebt gewezen. Ik geloof het beste uitdrukking te geven aan mijn groote dankbaarheid door U te verzekeren, dat het mij spijt niet langer tijd tot Uwe leerlingen te hebben behoord.

Ook U, Hooggeleerde DAMSTÉ, en U, Hooggeleerde VOLLGRAFF dank ik voor Uwe tegenover mij betoonde welwillendheid.

In dankbaarheid leeft bij mij voort de herinnering aan de Hooggeleerden der Universiteit van Amsterdam wier colleges ik heb gevolgd. De blijdschap over de voltooiing mijner academische studie wordt niet weinig getemperd door het feit, dat zij haar niet meer hebben mogen aanschouwen.

Ten slotte betuig ik U, mijn vriend MEERWALDT, mijn dank voor de groote belangstelling waarmede gij het tot stand komen van dit werkje hebt gevolgd.

CONSPECTUS OPERIS

PRAEFATIO	1
PROOEMIUM	2
CAPUT I — Fueritne concubina Graeca ἀσπὴ an ξένη an δούλη.	9
CAPUT II — Concubinatus Graecus utrum iustis ac legi- timis quibusdam sanctus fuerit necne. . .	21
CAPUT III — De statu liberorum e concubina natorum. .	31
CAPUT IV — Factumne sit ut vir Graecus, cui uxor esset, idem concubinam haberet	46
CAPUT V — Quibus de causis Graeci concubinas sibi asciverint.	59
INDEX.	69

PRAEFATIO

De concubinato Graeco cum disputare mihi in animo esset, qua in disputatione ratio haberetur auctorum Graecorum omnium, qui ante saeculum IV. p. Chr. n. fuissent, vel statim apparuit longum esse omnes illos auctores integros perlegere. Indicibus igitur usus sum, quare fieri sane potuit ut aliqui locus a me omitteretur. Spero tamen me confidere posse perraro ab iis, qui indices composuerint, aut ipsam vocem *παλλακῆς* aut aliam aliquam eiusdem originis praetermissam esse, cum praesertim haec verba haud ita frequentia sint (nam, ut paucos e compluribus nominem, apud Thucydidem, Aristotelem, Polybium frustra vocem requires) eoque ipso animum in se convertere soleant.

Unum adhuc monere velim: vocem *παλλακῆς* a me identidem redditam esse per 'concubina', haec duo verba tamen non semper prorsus idem valere.

PROOEMIUM

DE VOCIS παλλακῆς SIGNIFICATIONE

Vox παλλακῆς (vel παλλακίδος) in sermone Graeco duabus significationibus usurpata invenitur. Valet enim:

1°. virgo, puella;

2°. concubina.

Minime nobis mirandum est utroque illo sensu Graecos eodem verbo usos esse quippe cum etiam patrio sermone vox q. e. „deerne” èt virginis vel puellae èt amicae vel meretricis sensu adhibeatur¹. Praeter παλλακὴν etiam inveniuntur: παλλάκιον, παλλακός, παλλὰς nec non alia quaedam cognatae originis. Significatione puellae vox apud auctores perraro occurrit, sed in libris lexicographicis antiquis adnotationes inveniuntur, e quibus notio primo loco memorata dilucide apparet. *Hesychius*² haec habet: παλλάκιον-μειράκιον. In adnotatione 29 cum alia tum haec leguntur: „Et. παλλακίς-κόρη. Cyrill. Lex. M. S. παλλακίς ἡ νέα καθ' ἡλικίαν. Cf. v. “Αβρα”. E quibus apparet vocem παλλακίδος etiam sensum puellae habere. (De voce q. e. “Αβρα disputabimus p. 17).

Prorsus cum Hesychio consentiens, *Pollux* in personarum comicarum enumeratione (IV, 151) παλλακὴν in genere νέων (δὲ) γυναικῶν ponit. Afferam etiam IV, 153, ubi haec sunt: Ἡ δὲ σπαρτοπόλιος λεκτικὴ δηλοῖ τῷ ὀνόματι τὴν ιδέαν, μηνύει δὲ ἑταίραν πεπαυμένην τῆς τέχνης. Ἡ δὲ παλλακὴ ταύτῃ μὲν ἔοικε,

¹ Cf. *Woordenboek der Ned. Taal* p. 2384. Cf. etiam J. und W. Grimm, *Deutsches Wörterbuch*: „Dirne, virgo, puella, famula meretrix.

² ed. Alberti. Leiden 1766.

περίκομος δέ ἐστι. i. e. „Spartopolia autem dicax nomine ipso formam refert, indicat autem meretricem arte emeritam. Sed pellex huic assimilis et crinita est.” Apud comicos igitur παλλακὴ minor natu est quam meretrix arte emerita. Ibid. II, 9. (qui liber inscribitur περὶ παιδίων i. e. de verbis quibus puelli indicantur) haec legimus: καὶ παλλάκια, εἶρηκε Πλάτων ὁ κωμικός. Vox q. e. παλλήξ in inscriptione quadam Sami reperta legitur¹: λιθοβόλῳ Μέντωρ Ζωίλου παλλήκων ubi ad vocem παλλήκων haec adnotantur: „I. e. μελλέφηβοι (Nauck de Aristoph. Byz. pag. 88 sqq).” Iam perspicuum est vocem παλλα<κί>δος idem valere atque ‘κόρη’ apud Strabonem XVII p. 816: τῷ δὲ Διὶ ὃν μάλιστα τιμῶσιν (scil. incolae Thebarum Aegyptiacarum) εὐειδεστάτῃ καὶ γένους λαμπροτάτου παρθένος ἱερᾶται, ἃς καλοῦσιν οἱ ‘Ελληνες παλλάδας. αὕτη δὲ καὶ παλλακεύει καὶ σύνεστιν οἷς βούλεται μέχρι ἂν ἡ φυσικὴ γένηται κάθαρσις τοῦ σώματος· μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν δίδοται πρὸς ἄνδρα, πρὶν δὲ δοθῆναι πένθος αὐτῆς ἄγεται μετὰ τὸν τῆς παλλακείας καιρόν. Ad παλλάδας in Stephani Thesauro haec annotantur: „quo loco de scripturae veritate primus dubitavit Xylander, cui παλλακὰς corrigendum videbatur, recte, nisi quod παλλακίδας potius scribere debebat collato Diodoro I, 47. qui Διὸς παλλακίδας nominat”; ac paulo inferius haec sequuntur: „ex verbis Strabonis cognoscitur παλλακίδος nomen eidem aetatis gradui significando proprie adhiberi, quem πάλλαξι pueris ab Ammonio assignari supra vidimus”, supra autem Ammonius πάλλαξ sic interpretatur: „puer pubertati proximus”. Appellatio παλλάδων seu potius παλλακίδων a Strabone illis puellis attributa a caerimoniis Aegyptiacis mutuata esse videtur². Ut Stephanus

¹ Dittenberger, Syll. Inscr. Gr.³ No. 1061.

² Cf. Adolf Erman, *Die ägyptische Religion*, p. 75: „Die Gattin des Hohenpriesters heisst nicht wie andere Damen eine Sängerin des Amon, sondern führt den Titel seines obersten Kebsweibes; die Königin aber oder eine Prinzessin gilt als das Weib des Gottes”.... Ibid. p. 221: „Unwillkürlich denkt man bei dieser Erzählung (des Strabo) an die Gottes-

monet eadem mulieres sunt, quas loco praecipuo sepultas esse nobis tradit Diodorus I, 47. (ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτων τάφων, ἐν οἷς παραδέδοται τὰς παλλακίδας τοῦ Διὸς τεθάφθαι).

Apud Photium scriptum videmus:

Παλλάς. παρθένος μεγάλη.

παλλακίς. κόρη

et apud Eustathium p. 1419, 51: πόθεν δὲ ἡ παλλάς, καὶ οὐ μόνον πάλλας ὁ νέος, ἀλλὰ καὶ πάλλαξ ἐξ οὗ καὶ παλλακὴ καὶ παλλάκια δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, οὐ παλλήκια, οἱ παῖδες.

Multo autem frequentior quam prior ille sensus est concubinae, qui secundo loco a nobis positus est. Strictim rem attingens moneo eodem erotico sensu juxta παλλακὴν formam masculinam exstare (*Hesychius*: παλλακός· ἐρωμένος; *Photius* παλλακόν· τὸν παλλακευόμενον). Compluribus locis auctores Graeci vocabulo hoc sensu usi sunt atque hoc est ipsum de quo nobis hoc opusculo disputare propositum est. In qua re praedicendum mihi videtur haud ita multum interesse inter concubinam Graecam et eam, quae in regionibus orientalibus inveniebatur. Ergo paulisper a proposito aberremus necesse erit ut pauca in medium proferamus de peregrino hoc genere concubinarum.

Quamquam παλλακὴ apud gentes, regiones orientales habitantes, interdum in honore erat et magna auctoritate florebat ¹

weiber, die obersten Keksweiber und die Sängerrinnen, die einst im neuen Reiche das Frauenhaus des Amon bildeten.... Aber wer weisz, ob Strabo die alten Einrichtungen nicht eben nur miszverstanden hat...."

¹ Cf. *Plut. de cap. ex inimicis utilitate* c. 11 (II, 92e): καὶ προεδρίας παρ' εὐνούχοις καὶ παλλακαῖς καὶ σατράπαις βασιλέων i. e. (virtutem mutare nolimus....) neque sedibus praerogativis iuxta eunuchos, concubinas, satrapas regum. *Diod. II, 10. 1.* ὑπῆρχε δὲ καὶ ὁ κρεμαστός καλούμενος κῆπος παρὰ τὴν ἀκρόπολιν οὐ Σεμιράμιδος ἀλλὰ τινος ὕστερον Σύρου βασιλέως κατασκευάσαντος χάριν γυναικὸς παλλακῆς. ταύτην γάρ, φασιν, οὖσαν τὸ γένος Περσίδα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λειμῶνας ἐπιζητοῦσαν, ἀξιῶσαι τὸν βασιλέα μιμήσασθαι διὰ τῆς τοῦ φυτουργείου φιλοτεχνίας τὴν τῆς Περσίδος χώρας ιδιότητα. Celeberrima illa viridaria pendentia in concubinae honorem, ut hic locus nos docet, exstructa sunt.

Ezra A IV, 29 sq.: ἐθεώρουν αὐτὸν καὶ Ἀπάμην τὴν θυγατέρα Βαρτάκου

re tamen vera haud multum a concubina Graeca eam diversam esse facile demonstrari potest. Ac primum quidem inspicimus Meissner *Babylonien und Assyrien* I, p. 404 ubi haec sunt: „Dort (in dem Frauenhaus) hat die Frau das Regiment, aber es war gewisz nicht immer leicht, alle die Dienerinnen und Kebsen in Raison zu halten. Die *Sklavin* (litteras spatio intermisso imprimendas nos curavimus) besonders wenn sie Gnade vor ihrem Herrn gefunden und ihm Kinder geschenkt hatte, wurde oft unverschämt und „*stellte sich ihrer Herrin gleich*“ weil sie darauf pochte, dasz sie nicht verkauft werden durfte.“ Paulo infra: „Daneben (Gattin) konnte er natürlich Sklavinnen als seine Kebsen haben.“

Laudanda hic etiam nonnulla videntur ex libro, qui inscribitur: Morris Jastrow, *The civilization of Babylonia and Assyria*¹: „the Code endeavors to protect both the wife and the concubine, the former by providing that in case she does bear children, the husband may not take a concubine, the latter by stipulating that the mistress, that is, the legitimate wife, may not sell the concubine who has born her husband children, but she may place a slave mark upon her and reckon her with the slaves. In case, however, the concubine has not born any children, then the mistress may sell the concubine who, it is assumed throughout, is as in the case of the Biblical parallels the property of the wife — a special handmaid.“ Et p. 356: „Thus a father could still (scil. temporibus Hammurapii) sell his daughter to become a concubine and

τοῦ θαυμαστοῦ τὴν παλλακὴν τοῦ βασιλέως καθημένην ἐν δεξιᾷ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀφαιροῦσαν τὸ διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως καὶ ἐπιτιθοῦσαν αὐτῇ· καὶ ἐράπιζεν τὸν βασιλέα τῇ ἀριστερᾷ. Res, hoc loco descriptae, factae sunt Babylone in regia ubi reges interdum prorsus concubinis obnoxii esse solebant. Optime cum his concubinis conferri possunt eae παλλακαί, quae Romae aetate imperatoria domi imperatoris versabantur. Eas in hoc opusculo praetermittendas esse consentaneum est. De concubinis imperatorum Romanorum cf. Friedländer, *Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms*² p. 122 sqq.

¹ p. 309 sq. Cf. etiam p. 348.

practically a slave in the household to which she was transferred, though she could not be resold except for good reasons." Quod attinet ad Iudaeos haec excerpamus e The Jewish Encyclopedia s.v. *pilegesh*: legitimate wives themselves gave their maids to their husbands to atone for their own barrenness David had ten concubines, who, however, also did housework.

Hinc iam consideremus nonnulla quae ab auctoribus Graecis de concubinis orientalibus traduntur.

I. Herod. I, 135.

γαμέουσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῶ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται.

Vox q. e. κτῶνται sine dubio demonstrat has παλλακὰς Persarum servas fuisse.

II. Herod. IX, 76:

ἐνθαυτὰ σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος ἐοῦσα παλλακὴ Φαρανδά-
τεος ἔγνω τε τὸν Πausανίαν καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων
ἔλεγε τάδε: „ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, λῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχμαλώτου
δουλοσύνης.

Post pugnam ad Plataeas factam, mulier quaedam Coa, quae παλλακὴ Pharandatis fuerat, ad Pausaniam accurrit, quae auxilium ac tutelam eius invocet. Cum autem his verbis utatur λῦσαί με αἰχμαλώτου δουλοσύνης, oratio eius spectat παλλακείαν, quod apparet ex ipsius interpretatione. Namque infra sic pergit: βίη δέ με λαβὼν ἐν Κῶ εἶχε ὁ Πέρσης. Suspiciari licet eam prae pudore muliebri coram rege mentionem de concubinato facere noluisse, ideoque cum verbo cognominato uti vellet dixisse δουλοσύνην. Qua ex re apparere mihi videtur notionem utriusque vocabuli artissime cohaerere, ne dicam eandem esse.

III. Plut. Vit. Artox. c. 26. (I, 1024F):

ἤτησεν Ἀσπασίαν ὁ Δαρεῖος τὴν μάλιστα σπουδασθεῖσαν ὑπὸ
Κύρου, τότε δὲ βασιλεῖ παλλακευομένην. Ἦν δὲ Φωκαῖς τὸ γένος
ἀπ' Ἰωνίας ἐλευθέρων γονέων καὶ τεθραμμένη κοσμίως.

Mulier Graeca, hoc loco nominata, parentibus liberis illa

quidem orta erat, sed iure belli inter servos numeranda est.

IV. Plut. Vit. Them. c. 26 (I, 125A):

οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλα-
κευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, (sc. Persae) ὥς ὑπὸ μηδενὸς
ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτός

Quia articulus apud παλλακευομένας deest intellegi potest
Plutarchum eo verbo eodem sensu usum esse atque eo quod
antecedit et orationem eius hunc in modum accipiendam esse:
„sed etiam pecunia emptas atque eas (ut unusquisque intelleget)
concubinas habitas accurate custodiunt.”

V. Apud Philonem παλλακὴ vel παλλακίς sex locis invenitur
quibus ex locis apparet concubinam semper esse servam¹.

T. III, p. 77 vs. 3:

ὃν δὴ λόγον ἔχει δέσποινα μὲν πρὸς θεραπαινίδα, γυνὴ δὲ ἀστὴ πρὸς
παλλακὴν, τοῦτον ἔξει τὸν λόγον ἀρετὴ Σάρρα πρὸς παιδείαν Ἄγαρ.

Verba ipsa, opinor, loquuntur. Ratio quae intercedit inter
ἀρετὴν et παιδείαν comparanda est cum ratione inter Σάρραν
et Ἄγαρ, quae eadem valet inter dominam et servam vel inter
uxorem legitimam et concubinam.

Ibid. vs. 10: δύο μὲν ἀστὰς, παλλακὰς δὲ τὰς Ἰσας, τῶν ἀστῶν
θεραπαινίδας ἄξεται (scil. Iacob).

Ibid. p. 78, vs. 13:

πάσαις οὖν ταῖς εἰρημέναις δυνάμεσιν ὁ ἀσκητὴς ἐνομιλεῖ, ταῖς
μὲν ὥς ἐλευθέραις καὶ ἀσταῖς, ταῖς δὲ ὥς δούλαις καὶ παλλακίσιν.

Ibid. vs. 24:

χρῆζει δὲ ὁ ἀσκητὴς Βάλλας μὲν, καταπόσεως, ἀλλὰ ὥς δούλης
καὶ παλλακίδος.

Ibid. p. 80, vs. 22:

καὶ Ναχώρ μέντοι, ὁ ἀδελφὸς Ἀβραάμ, ἔχει δύο γυναῖκας, ἀστὴν
τε καὶ παλλακὴν. Etiam hanc concubinam non secus atque
patriarchum Israëlitarum ceteras omnes inter servas nume-
randas esse luce clarius est.

¹ Philo ed. Cohn-Wendland. Locos Philonis debeo comitati v. cl.
H. Leisegang, cui pro summa in me benevolentia libenter gratias ago.

T. V, p. 334, vs. 15:

ἄξιαι δὲ κριθεῖσαι (scil. servae Babylonicae) παρελθεῖν εἰς εὐνὴν ἀνδρὸς σοφοῦ τὸ μὲν πρῶτον ἐκ παλλακίδων εἰς γαμετῶν ὄνομα καὶ σχῆμα παρῆλθον καὶ ἀντὶ θεραπαινίδων ἰσότημοι ταῖς δεσποίναις.

VI. Lucianus de luctu c. 14:

πόσοι γὰρ καὶ ἵππους καὶ παλλακίδας, οἱ δὲ καὶ οἰνοχόους ἐπικατέσφαζαν καὶ ἐσθῆτα καὶ τὸν ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν ἢ συγκατέωρυζαν ὥς χρησιμομένοις ἐκεῖ καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κάτω;

Hoc libello q. i. de luctu ab auctore caerimoniae nonnullae a diversis gentibus observatae referuntur. Quas gentes capite 21. enumerat. Perspicuum est loco laudato moris minime Graeci mentionem factam esse, sed verisimile videtur auctorem de peregrino quodam more agere (cf. Herod. IV. 71). Quin concubinae illae, una cum viro mortuo sepultae vel concrematae servae fuerint quis est qui dubitet, si praesertim tota perpetuitas verborum observatur?

Concubinae de quibus locis usque adhuc adhibitis agebatur, sane ab auctoribus Graecis nominatae erant, sed sunt mundi partis orientalis. Apparuit eas semper fuisse servas. In disputatione tamen, qua de concubina Graeca agatur, praetermittendae sunt. Minus recte igitur videtur *Hruza* ab aliquot locis a nobis laudatis argumentum duxisse quo concubinas Atticas plerumque servas esse demonstraret¹. Nos autem his omnibus locis praetermissis ex iis tantum pro re proposita argumenta ducemus quibus de concubina Graeca agitur.

¹) E. Hruza, *Beiträge zur Geschichte des Gr. und Röm. Familienrechtes*. II, p. 87.

CAPUT I

FUERITNE CONCUBINA GRAECA ἀστὴ AN ξένη AN δούλη

Res de qua nunc quaeremus, cuiusnam generis quod pertineat ad statum fuerint παλλακαὶ Graeciae antiquae, a nonnullis viris doctis, qui de pellicatu egerunt, identidem tractata est neque tamen ab omnibus eundem in modum expedita. *Lipsius*¹ putat etiam παλλακὰς ingenuas et ex ingenuis ortas fuisse. Cum filia civis Atheniensis viro alicui daretur quae ejus παλλακὴ esset, omnia iusta τῆς ἐγγυησέως sollemniter plerumque facta esse². Pertinet hoc ad unum ius Atticum de quo uno sane certa argumenta adhiberi possunt cuiusque velut terminis ceterorum quoque, qui de hac re egerunt, disputationes se continuerunt.

*Beauchet*³ prorsus aliter iudicat, qui opiniones a *Gide* et *Buermann* prolatas (Athenis concubinatum legibus sanctum — concubinatum legitimum ut aiunt — fuisse) refutat et ipse concludit παλλακὴν fuisse δούλην. Argumento utitur loco illo celeberrimo [Dem.] c. Neairam § 122: τὰς δὲ παλλακὰς (ἔχομεν) τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος (ἔνεκα). Verba illa Isaei οἱ ἐπὶ παλλακίᾳ διδόντες τὰς ἑαυτῶν *Beaucheti* sententia sic intellegenda sunt ut servae significantur, non filiae vel sorores

¹ *Das Attische Recht und Rechtsverfahren* ubi tom. II, pag. 478 haec habes: „Dass auch Bürger ihre Töchter zu solchem Verhältnisse (scil. concubinatus) hergaben, lehrt eine Stelle des Isaios (de Pyrrhi her. III, § 39): ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ παλλακίᾳ διδόντες τὰς ἑαυτῶν πάντες πρότερον διομολογοῦνται περὶ τῶν δοθησομένων ταῖς παλλακαῖς.”

² *Ibid.* p. 506: „denn dass eine Bürgerin ohne ἐγγύησις zur παλλακὴ gegeben wurde, kam selten vor”.

³ *Histoire du droit privé de la République Athénienne* I, pag. 82 sqq.

aut alia quaevis mulier ingenua. Unus adhuc locus est qui ab opinione, quam protulit Beauchet, παλλακὴν semper esse servam, abhorrere videtur. Gravissimus hic locus (ad quem post nobis erit revertendum) legitur apud Demosthenem c. Aristocr. § 53, ubi perantiqua lex, quam a Dracone latam esse perhibent laudatur: ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἀθλοῖς ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελόν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπ' ἀδελφῇ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείναντα. Quia verba legis ἢ ἐπὶ παλλακῇ verbis ἣν ἂν κ. τ. λ. additis diligentius definita essent, ei viri docti, quorum opiniones a Beauchet impugnantur, indicium hic teneri putabant eius rei quam ponerent: fuisse Athenis concubinarum loco interdum filias civium. Ipse Beauchet primum totam hanc legem fictam a philosophis peripateticis esse putat. Sed etiam si eam in dubium non vocaveris, nihil tamen omnino eandem demonstrare παλλακὰς Athenis etiam ἀστὰς esse potuisse. Demosthenem legem laudare cum causas nonnullas enumerare velit, quibus impune aliquem occidere liceat. Concubinas, lege Draconica indictas, summo loco ortas fuisse, (bello captas v. c.) non servas proprie vereque dictas. Civibus Atheniensibus Draconis temporibus etiam liberos suos vendere licuisse, quod post Solonis aetatem non iam fieri potuisse; eiusmodi ergo concubinas lege Draconis designari. Solon autem cum cunctas leges Draconis conservaret etiam illam partem conservasse, quamquam exerceri non iam posset, quoniam concubinatus forma ea, quae hac parte legis designaretur, non iam existeret.

Consideremus postremo ea, quae *Hruza*¹ de hac re statuit. Fieri potuisse ut civis Attica concubina esset prorsus negat². Eam praesertim fuisse δούλην (Ps. Dem. LIX § 122)

¹ *Op. laud.* II, p. 63 sqq.

² Cf. pag. 75: „Die Athenischen Bürgertöchter haben den natürlichen Beruf für die legitime und eheliche Fortpflanzung der Bürgerschaft zu sorgen, und sie werden diesem Berufe durch aussereheliche und uneheliche

perhibet ac plane distinguendam a concubina Draconis lege designata, qua in lege (propter verba quae l. l. adiuncta sint) παιδοποιίας imprimis rationem haberi. Copiose disputat de loco quem apud Isaeum legimus (cf. pag. 9) et argumentis confirmat alienum fuisse a iure attico si eo loco filiae civium atticorum significarentur. „Die Herren von unfreien Hetären,” sic pergit, „vermieteten dieselben auch auf längere Zeit an Liebhaber. Τὰς ἐαυτῶν διδόναι etc. heisst dann vom Eigentümer, seine Sklavin auf längere Zeit zur Pallakie geben, im Gegensatz zur einmaligen Preisgebung und zum endgültigen Verkauf.” Verbis Isaevi morem atque consuetudinem lenonum respici putat. Locus apud Dem. c. Aristocr. § 53 ab Hruza in eundem fere modum explicatur atque a Beaucheto.

Ex eis quae hucusque rettulimus apparet viros doctos minime inter se consentire, quantum pertinet ad statum παλλακῶν. Persuasum tamen habeo ita si omnes locos, ex quibus aliquid colligi possit, adhibebimus, certi aliquid concludi posse quod attineat ad universum concubinarum genus; minime vero, id cum faciemus, contineamus nos oportet angusto orbe illo auctorum atticorum. Ex iis quae in universum de concubinis Graecis inveniemus, etiam de concubina attica argumenta repeti poterunt; ex iisdem apparebit quae interpretatio praeferenda sit in iis locis, qui diversum in modum explanari possint.

Consideremus igitur locos, qui de statu civico concubinarum aliquid docere possunt. In tria genera dividendi sunt:

- A. Genus heroïcum;
- B. Genus mythicum;
- C. Genus historicum.

Beiwohnung entzogen, darum ist dieselbe verpönt und straffällig.” pag. 88: „Ich halte mich für berechtigt, in der Isaeosstelle einen Beleg für das Vorkommen bürgerlichen παλλακαί nicht anzuerkennen. Da ein anderer Beleg für das Rechtsverhältnis bürgerlicher Pallakie nicht citiert werden kann, so negiere ich den Bestand eines solchen vollständig.”

A.

I. Hom. Od. XIV, 203 sq.:

ἐμὲ δ' ὦνητῇ 'τέκε μήτηρ
παλλακίς

Mater empty serva est.

II. Plato Ion pag. 538c:

τῷ Μαχάονι Ἑκαμήδῃ ἡ Νέστορος παλλακὴ κυκεῶνα πίνειν
δίδωσι;

Nullus locus fortasse maiore argumento confirmat παλλακὴν fuisse servam. Neutro enim locorum eorum, quibus apud Homerum Hecamedes huius mentio fit, παλλακὴ a poëta nominatur¹. Quae de ea narrantur haec sunt: E praeda ab Achille Tenedi capta, cum in hanc insulam expeditionem fecisset, Nestori attributa est; cenam parat domino eiusque convivis, cibum potionemque affert², Machaoni vulnerato lavationem parat eumque in lavando adiuvat. Non modo igitur e iure belli serva est sed etiam servae officiis fungitur. Socrates, qui loco de quo agimus, breviter explicare vult, quis fuerit Hecamede, dicit eam παλλακὴν Nestoris fuisse. Quamquam fieri potest ut Hecamede alibi ab auctore alio aliquo παλλακὴ nominata sit, tamen non verisimile videtur in persona tam vili, et Plato profecto sibi Hecamedem fingit eam quae ab Homero l.l. describitur, quippe cum loco Platonis disputetur utrum artis medicinae an poëticae peritis diiudicandum sit utrum ab Homero vera dicta sint necne.

III. Athenaeus XIII, pag. 556b:

παρὰ δὲ τοῖς Ἑλλήσιν οὐκ ἀνέχεται ἡ τοῦ Φοίνικος μήτηρ τὴν τοῦ Ἀμύντορος, παλλακίδα³ καὶ ἡ Κλυταιμνήστρα δὲ περιπαθῆς γενομένη τὴν Κασάνδραν σὺν αὐτῷ τῷ Ἀγαμέμνονι ἀποκτείνει, ἣν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁ κρείων ἐπηγάγετο, ἐν ἔθει γενόμενος βαρβαρικῶν γάμων.

¹ Il. XI, 624; XIV, 6.

² Cf. Antiphon I, 19.

³ Hanc concubinam fuisse servam apparet Anth. Pal. III, 3 vs. 4.

Quamquam Cassandra hoc loco non expressis verbis dicitur παλλακή Agamemnonis fuisse, ex toto contextu verborum (cf. p. 48 ubi textum fusius laudamus) apparet eam re vera concubinam fuisse. Haec concubina quoque serva est non modo e iure belli ¹ sed Agamemnon ipse quoque idem declarat. Cf. Aesch. Agam. 953: ἐκὼν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ. Comparari etiam potest quomodo vss. 1037, 1041, 1045 Clytaemnestra Cassandram alloquatur.

B.

I. Herod. IV. 155:

ἐνθεῦτεν δὲ τὴν Φρονίμην παραλαβὼν Πολύμνηστος, ἐὼν τῶν Θηραίων ἀνὴρ δόκιμος, ἐπαλλακεύετο.

Etearchus rex Cretensis urbis Oaxeos, uxori, quae est noverca Phronimes petenti morem gerens, amicum quendam Themisonem Theraeum rogat ut filiam suam Phronimen in aquam demergat. Themiso specie tantum fidem servans puellam Theram in insulam abducit, ubi παλλακή Polymnesti, civis illustris eius insulae, fit. Facere non possumus quin dubitemus an Themiso, qui Etearchi iussu puellam abstulisset, de eius origine Polymnesto verum non aperuerit quippe qui ab Etearcho ante ita deceptus sit, ut tantum dolo utendo simul et fidem servare neque tamen puellam necare potuerit. Eum finxisse puellam a se emptam esse verisimillimum videtur eamque a Polymnesto servam habitam esse pro certo affirmare licet. Etiam haec παλλακή nominanda δούλη est.

II. Herod. VI. 137 sqq. Hic auctor nobis narrat filios filiasque Atheniensium aquari e fonte extra urbem sita, ubi identidem a Pelasgis iniuriis eos affici. Itaque Pelasgos ab Atheniensibus, ira commotis, ex Attica expulsos esse et Lemni

¹ Cf. H r u z a, pag. 67: Es kann nach allem kein Zweifel unterliegen, dass solche δορίκτητοι als Sklavinnen behandelt wurden und das Ihre Stellung keine andere war als die der ὠνητή.

in insula sedem ac domicilium constituisse. Cupidine Athenienses ulciscendi commotos, cum feriae in Dianae honorem agerentur, complures mulieres Atticas rapuisse, ἐνθεῦτεν δὲ ἀρπάσαντες τουτέων πολλὰς οἶχοντο ἀποπλέοντες, καὶ σφεας ἐς Λῆμνον ἀγαγόντες παλλακὰς εἶχον. Id sane iure affirmare non possumus, mulierem, quod rapta sit, servam factam esse, sed hae mulieres in aequo cum captivis, ideoque servis, ponendae mihi videntur.

III. Plut. Vit. Camilli c. V (I, p. 131c):

καὶ δρῶσι περὶ τὴν θυσίαν ἃ ταῖς Διονύσου τροφοῖς καὶ τοῖς διὰ τὴν παλλακὴν πάθεισι τῆς Ἰνοῦς προσέειπε, i. e. et (Romani) sacrificantes (scil. Matri Matutinae) faciunt eadem quae fieri decet pro Bacchi nutricibus et pro Inonis per concubinam doloribus. Prima fronte fortasse dixerit quispiam Nephelen alteram Athamantis uxorem hic respici et vocem παλλακῆς sensu apud latinos auctores frequenti interpretandam esse; quis enim est quin sciat latine pellicem saepe esse idem atque „aemulam”. In Graeco tamen sermone vocabulum ea significatione neque alibi usquam neque hoc loco adhibetur. Re vera hic de concubina quadam agitur, quam etiam servam fuisse aliis nonnullis locis plane demonstratur. Inspicias, quaeso, Plut. Aetia Romana XVI (II, p. 276d) ubi haec sunt: Διὰ τί δούλαις τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν ἄβατόν ἐστι; διὰ τὸν μῦθον. ἡ γὰρ Ἰνὼ ζηλοτυπήσασα δ ο υ λ η ν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ λέγεται περὶ τὸν υἱὸν ἐκμανῆναι. τὴν δὲ δούλην Ἑλλήνες Αἰτωλίδα γένει φασὶν εἶναι, καλεῖσθαι δ' Ἀντιφέραν. Cf. etiam Ovid. Fast. VI 551 sqq:

Cur vetat (scil. Leucothea) ancillas accedere, quaeritis? odit Principiumque odii, si sinat illa, canam.

Una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum

Saepe sub amplexus coniugis ire tui.

Improbis hanc Athamas furtim dilexit

IV. Aelianus Var. Hist. XII, 34:

Ἐρωτες ἡμῶν τῶν ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐς μνήμην ἐδόθησαν, καὶ οὗτοι δὲ οὐχ ἥκιστα. Πausανίας μὲν γὰρ ἦρα τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, Ἀπελλῆς δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου παλλακῆς, ἥπερ ὄνομα ἦν

Παγκάστη, τὸ δὲ γένος Λαρισαία ἦν. Haec Alexandri concubina non ipsis verbis traditur serva fuisse. Sed cum reges Macedonum aetatis heroicae instituta atque mores, ut ita dicam, retinerent, hanc concubinam servam fuisse verisimillimum videtur.¹ (Verba quoque inde ab „ὄνομα” usque ad „ἦν” mirabilem in modum cum eis, quae a Plutarcho Quaest. Rom. XVI de Athamantis serva dicuntur, consentiunt). Hunc locum hic tractandum esse putavimus, quamquam agitur de persona ad aetatem historicam pertinente, quod res et condiciones cum aetate mythica comparandae sunt.

C.

I. Aristoph. Vesp. 1351 sqq. (Philocleon senex, qui iuvenem agit, tibicinam unius ex convivis hunc in modum alloquitur):

ἐὰν γένῃ δὲ μὴ κακὴ νυνὶ γυνή,
ἐγὼ σ' ἐπειδὴν οὐμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ,
λυσάμενος ἔξω παλλακὴν, ὧ χοιρίον.

Satis de hoc loco dictum erit, si adnotationem Leeuwenii² ad vs. 1353 laudavero: „servam esse tibicinam vix est quod hic observetur.”

II. Antiphon I, § 14:

Ὑπερφὼν τι ἦν τῆς ἡμετέρας οἰκίας, ὁ εἶχε Φιλόνεως ὁπότ' ἐν ἄστει διατρίβοι, ἀνὴρ καλὸς τε καὶ ἀγαθὸς καὶ φίλος τῷ ἡμετέρῳ πατρί· καὶ ἦν αὐτῷ παλλακὴ, ἣν ὁ Φιλόνεως ἐπὶ πορνείον ἐμελλε καταστῆσαι. ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποιήσατο φίλην.

¹ Cf. J. Kaerst, *Geschichte des Hellenismus* I, p. 183: „Wie das Königtum selbst an das im homerischen Epos geschilderte erinnert, so würde auch die Stellung des Adels zum Königtum ein charakteristisches Bild jener patriarchalischen Formen des Lebens, die in Hellas selbst einer früheren Stufe der geschichtlichen Entwicklung angehören, geben.”

Cf. etiam Beloch, *Gr. Gesch.* III, 1. pag. 469 sqq.

² Aristophanis *Vespae iterum* ed. J. v. Leeuwen J. f. Lugd. Bat. 1909.

Ibid. § 17:

ἡ οὖν παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω τὴν σπονδὴν ἅμα ἐγγέουσα ἐκείνοις
.... ἐνέχει τὸ φάρμακον.

Concubinam ab Antiphonte memoratam servam fuisse, quis est qui dubitet? Primum hoc documento est quod negotiis servilibus apud Philoneum cum amico cenantem fungitur; accedit vero res gravissima quod dominus, quacumque de causa, eam in lupanari positurus est¹. Quod facere nunquam potuisset, nisi serva fuisset².

III. Diog. Laert. V, 1, 1:

Ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς παλλακῆς,
ὥς φησι Τιμόθεος.

Aristoteli filium fuisse Nicomachum, concubina, cui nomen fuerit Herpyllis, natum hic traditur. Mulierem eam servili loco ortam fuisse demonstratur ibid. § 2: Ἐπειτα μέντοι ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, Ἀταρνέως ὄντα τύραννον, ὃν οἱ μὲν φασὶ παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ, οἱ δὲ καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ δόντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ὃς καὶ δοῦλον Εὐβούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Quae de origine Hermiae Atarnensis, priusquam tyrannus factus est, traduntur, optionem nobis dant eum eunuchum aut servum appellandi. Herpyllis aut eius filia aut consobrina fuisse dicitur: eiusdem igitur generis fuit³.

¹ Non alienum videtur partem argumenti primae orationis describere: „Pater eius, qui verba facit, cum apud amicum quendam Philoneum cenaret, uterque subito morbo correptus est, quo Philoneos statim, alter viginti post diebus periit. Pellex Philonei, quae pocula ministraverat, veneficii damnata et necata est. Sed ipse pater suspicabatur, suae uxoris consilio scelus patratum esse, quae pellici a viro neglectae persuasisset ut potionem illam tamquam amatoriam utrique praeberet. Filio igitur, uxoris privigno, mandavit ut mortem suam ulcisceretur. Qui cum adolevisset patris mandatum exsequitur” e. q. s.

² Cf. Hruza *op. l.* pag. 89, ubi apparet post Solonis aetatem servas tantum in lupanaribus versari sitas esse.

³ Aristippi testimonio (apud. Diog. Laërt. V, 1, 3). Herpyllis concubina Hermiae fuit. Quod si verum est locus supra laudatus planum non

IV. Apud Graecos genus quoddam puellarum inveniebatur, quae ἄβραι nominabantur. Lexicographi Graeci vocabulum identidem memorant¹. Apud *Hesychium* v. c. haec habes: ἄβραι· νέαι δοῦλαι, et paulo infra: ἔστι δὲ ἄβρα (vocabulum etiam cum spiritu leni occurrit) κατὰ Πausanίαν, ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπεινα. Teste Aelio Dionysio ea puella est οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος. Est igitur serva sive ancilla ipsi matri familias addicta, ut etiam apparet ex Lucian. Tox. c. 14, Alciph. IV, 7. 3, nonnullisque locis apud LXX (Gen. 24, 61; Ex. 2, 5; Esther 2, 9;) *Pollux* (IV. 154) quoque eam θεραπαινίδιον vocat². Haec ἄβρα interdum, domina sua mortua, patris familias παλλακὴ fit. Quod loco quodam Menandri demonstratur³:

μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
ταυταῖν· τρέφει δὲ παλλακὴ τις τοῦ πατρὸς
αὐτάς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

facit eam servili loco ortam esse; sed quia concubina orientalis, ut supra probavimus, serva erat, eam pro serva habere non dubito.

Operae pretium videtur animum attendere ad locum apud Plut. Pericl. c. 24, ubi haec legimus:

Κρατῖνος δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἶρκεν ἐν τουτοῖς·

“Ἦσαν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει Καταπυγούνη

παλλακὴν κυνῶπιδα

i. e. et libido ei gignit Junonem Aspasiā, concubinā protervam. Aspasiā servā non fuisse certum est. Nomen patris eius (scil. Axiochi) novimus (cf. Pauly Wiss. R. E.² II, p. 1716). Verba tamen e poëta comico laudata caveamus necesse est: quippe matrimonium a Pericle cum Aspasia contractum l. l. alluditur (Matrimonium Periclis cum Aspasia iustum ac legitimum fuisse probatur Pauly. W. l. l. Cf. etiam K. Kuiper, *De Atheensche vrouw* pag. 40). Idcirco igitur eam παλλακὴν nominat, quo contumelia eam afficiat nec non indicet sua ipsius opinione matrimonium minime iustum fuisse. Poëta autem quod non nimis diligenter investigatum omni ex parte cum παλλακῇ comparanda sit, ea profecto poëtae licentia habenda est.

¹ Cf. etiam *Passow's Wörterbuch* bearb. v. Wilhelm Crönert s. v.

² Eiusdem generis est, quae hodie etiam inveniuntur in pagis qui vocantur Lampongs, Agathodaemonis insulae. Cf. *N. Rott, Courant* 31 Oct. 1926 Ochtendblad A.

³ *Comicorum Atticorum fragmenta* ed. Theod. Kock, Vol. III, pag. 149, 520.

Puellam, quae vocetur ἄβρα servam esse praeterea demonstratur duobus fragmentis Menandri, quae apud K o c k 64 et 438 numerantur, ubi haec legimus:

(64) ὦμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
ὁ γέρων, θεράπειαν εὐθύς ἡγορασμένην
ἄβραν ἔσσεσθαι

(438) ἄβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην αὐτῇ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν
τρέφει δὲ χωρίς, ὥς ἐλευθέραν πρέπει.

Quae cum ita sint non mirabimur, *Hesychium* secundum interpretationes supra laudatas etiam tertiam praebere:

ἄβρα — δούλη — παλλακή.

E quibus omnibus luce clarius mihi esse videtur, concubinam a Menandro (fr. 520) nominatam servam fuisse.

V. Plato Legg. p. 841D:

τάχα δ' ἂν, εἰ θεὸς ἐθέλοι, καὶ δυοῖν θάτερα βιασαίμεθα περὶ ἐρωτικῶν, ἢ μηδένα τολμᾶν μηδενὸς ἅπτεσθαι τῶν γενναίων ἅμα καὶ ἐλευθέρων πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός, ἅθυστα δὲ παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα μὴ σπεῖρειν μηδὲ ἄγονα ἀρρένων παρὰ φύσιν· ἢ τὸ μὲν τῶν ἀρρένων πάμπαν ἀφελοίμεθα ἂν, τὸ δὲ γυναικῶν εἴ τις συγγίγνοιτό τινι πλὴν ταῖς μετὰ θεῶν καὶ ἱερῶν γάμων ἐλθούσαις εἰς τὴν οἰκίαν, ὧνηταῖς εἴτε ἄλλω ὁπωσοῦν τρόπῳ κτηταῖς μὴ λανθάνων ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας πάσας, τάχ' ἂν ἄτιμον αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαίνων νομοθετοῦντες ὀρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν, ὥς ὄντως ὄντα ξενικόν.

Ipsa ratio qua verba, quae spatio intermisso typis exprimenda curavimus, ab auctore inter se opponuntur, plane demonstrat παλλακὰς esse easdem atque ὧνητάς vel quocumque modo κτητάς, sive emptione, sive donatione, sive hereditate partas. Quo loco hac de causa vel maximo argumento utendum videtur, quod auctor generaliter de omnibus concubinis agit; quem ad modum Hruza quoque censet, qui ex hoc loco Platonis argumentum ducit¹ quo concubinas *Atticas* semper esse servas demonstret.

¹ Pag. 87.

Ex eis, quae supra demonstravi, optimo iure concludere mihi videor *παλλακὴν* Graecam, aequae ac Orientalem semper servili loco ortam fuisse. Aliquot locos, quibus mentio fit de concubinis Graecis hic a nobis omissos esse, vix est quod adnotem. Sed in omnibus eis locis, quos omitti licere censuimus nullum invenies ex quo appareat *παλλακὴν* servam non fuisse. Quare facere non dubitamus cum Beaucheto et Hruza, qui putent Isaeum de Pyrrhi hered. III, § 39 (cf. pag. 9) agere de servis. Ex quo consequens est errare *Lipsium*, qui ex hoc uno loco demonstrare conetur puellas ingenuas quoque concubinas fieri potuisse. Quam sententiam etiam *Busolt*¹ amplectitur: „Ein Konkubinat, den ein Bürger mit einer freigeborenen Frau, einer Bürgertochter oder einer Fremden zu Erzeugung freigeborenen Kinder unterhielt, war wie die Ehe seit alter Zeit gesetzlich geschützt”.² Fieri poterat, quamquam raro, ut *ἐταῖραι* essent mulieres ingenuae³, *παλλακαὶ* nunquam *ἄσται* erant. Qua cum re prorsus consonat quod is qui causam, tertia Isaei oratione tractatam, agit, ubicumque de Philes matre mentionem facit, ita mentionem facit, ut eam nusquam *παλλακὴν* appellet, usque dicitur *ἐταῖρα*. Cf. v. c. § 11: καίτοι ὅπου κοινὴν αὐτὴν ὁμολογήκασιν εἶναι τοῦ βουλομένου τὴν γυναῖκα, πῶς ἂν εἰκότως ἡ αὐτὴ γυνὴ ἐγγυητὴ δοξεῖεν εἶναι; § 13: ὥς μὲν ἐταῖρα ἦν τῷ βουλομένῳ καὶ ὑπὸ τῶν γειτόνων τῶν ἐκείνου μεμαρτύρηται πρὸς ὑμᾶς. § 15: ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὰς περὶ τῶν πλησιασάντων αὐτῇ μαρτυρίας, ἵνα εἰδῶσιν ὅτι ἐταῖρα τε ἦν τοῦ βουλομένου. In hypothesis quoque orationis Philes mater *ἐταῖρα* nominatur⁴. Ceterum etiam in

¹ *Griechische Staatskunde* II², pag. 941.

² Qui v. d. idem mihi errare videtur op. l. p. 222, ubi sic disputat: „In Athen waren in den Zeiten der Beschränkung des Bürgerrechts auf die Kinder eines rechtmässig mit einer Bürgerin verheirateten Bürgers eheliche Verbindungen mit einer freien Fremden im allgemeinen nur als gesetzlich anerkannte Konkubinate („morganatische Ehen“) möglich, bei denen die Frau *παλλακή* war.” *Γυνὴ ξένη* et *παλλακή* et ab Herodoto (I, 173) et a Polluce (III, 21) plane distinguuntur.

³ Cf. *Athenaeus* XIII, p. 572 A.

⁴ Operae pretium videtur monere editionem principem Aldinam variam

duabus illis Demosthenis orationibus, quae inscribuntur contra Boeötum, frustra locum requires ubi Plangon παλλακῆς nomine designetur. Sed apud Ps. Dem. 59, 118 is, qui causam agit, non dubitat Stephanum eiusque advocatos sic disputantes facere: (Num fortasse sic se defendere volent) οὐ γυναῖκα εἶναι (scil. Neairam) αὐτοῦ ἀλλὰ παλλακὴν ἔχειν ἔνδον; Fingit ergo is, qui hic loquitur Neairae nomen παλλακῆς dari posse, quippe de qua etiam haec dicta sint: ἀλλὰ μεμαρτύρηται ἑταῖρα οὕσα καὶ δούλη Νικαρέτης γεγεννημένη. Usque adhuc argumenta ex oratoribus Atticis pro nostra opinione repetere supersedimus, quia omnes viri docti, qui de concubinato Graeco egerunt, illos locos tractaverunt. Qua de causa eos iterum considerare supervacaneum visum est. Sed unum hoc monere velim unico loco, ubi a litigatore παλλακὴ appelletur mulier, cui liberi sint e viro, cui legitime nuptam esse hic actor neget, eiusmodi mulierem respici, quae etiam δούλη appellari possit.

Unus adhuc locus restat, qui alienus ab opinione nostra esse videatur scil. Dem. c. *Aristocr.* § 53 (cf. pag. 10) Inter personas, quas impune necare unicuique licebat, μοιχὸς quoque nominatur quem quis deprehenderit ἐπὶ παλλακῇ ἢν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ. Quo de loco disputare mihi in animo est in capite tertio, quo de statu et condicione liberorum e concubinis natorum agetur.

lectionem praeberere, ubi haec habes: ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ παλλακίᾳ διδόντες τὰ ἐαυτῶν. Cui rei argumenti vim tribuere quamvis non liceat, editio princeps tamen fortasse rectam lectionem servavit. Quod si hic verum sit, ipsis textus verbis expressum sit servas designari.

CAPUT II

CONCUBINATUS GRAECUS UTRUM IUSTIS AC LEGITIMIS QUIBUSDAM SANCTUS FUERIT NECNE

Postquam superiore capite demonstravimus nunquam non servas fuisse Graecorum concubinas, appositum nobis videtur hinc iam quaerere, num qua iusta ac legitima observari solita sint in concubinato contrahendo.

Qui de hac re egerunt viri docti magnopere inter se dissentiunt. *Bucermanni* sententia (vid. *Beauchet* p. 82 sqq.) a priscis Atheniensium moribus non abhorrebat civem concubinam fieri, dummodo ante per ἐγγύησιν sollemnem consuetudinis hoc vinculum comprobasset ὁ κύριος; virum enim qui sic temere rem haberet cum cive μοιχοῦ nimirum loco habitum fore, neque quicquam auxilii expectare potuisse a lege Draconis. Nihil ergo aliud inter 'concubinam legitimam' et uxorem interfuisse putat hic vir doctus nisi quod illa ἐγγυητὴ dumtaxat, haec vero et ἐγγυητὴ et γαμετὴ fuerit. Legitimam autem hanc concubinitus formam et Solonis temporibus viguisse, necdum abolitam fuisse aetate Demosthenis; Aristoxeni vero temporibus — i. e. saeculo IV. exeunte — eandem non iam in usu fuisse videri.

Eadem est sententia *Lipsii*¹. Hic enim auctor tam raro accidisse putat, ut ἐγγυήσεως sollemnibus omissis civis in concubinatum daretur, ut in eo tantum corrigendus ei videatur Müller (l. l. p. 730 sq.), quod unquam omnino factum hoc esse neget. Non ergo solum cives quoque concubinas fuisse ponit, verum etiam ἐγγυήσει plerumque huiusmodi concubinatum sanctum fuisse existimat.

¹ II, p. 506 n. 26.

De communi *Buermanni* et *Lipsii* opinione hactenus.

Quam priusquam argumentis allatis falsam esse demonstramus, pauca praemittenda videntur de ipso sensu vocis ἐγγυ-ήσεως; quod nisi factum erit, summa disputationis nostrae recte intellegi non poterit.

Multa per saecula viris doctis exploratum visum est ἐγγυ-ήσεως iusta ac legitima comparanda esse cum Romanorum sponsalibus. Postquam vero *Hruza*¹ edidit studia sua ad ipsam hanc materiem pertinentia, aliter vulgo iudicari coeptum est. Copiose enim ab hoc viro docto l.l. demonstratur verbis sollemnibus ἐγγυᾶν ἐπὶ δικάτοις δάμαρτα εἶναι nihil significari nisi — ut ipsius verbis utamur — ‘die Ehestiftung’. Graece idem valere τὴν ἔκδοσιν; (ἐκ)διδόναι non magis significare posse ‘spondere’ quam lat. *dare* aut germ. *geben*. Ceterum ab ipsis grammaticis Graecis ita τοῦ ἐγγυᾶν vim ac notionem explicari, plane ut appareat non ad incohanda, verum ad consummanda matrimonii iura pertinuisse hoc sollemne. Quod cum ita esset, ipsum γάμον (γάμους) nihil iam novi attulisse nisi secundarium illud ‘domum deductionis’². Tota autem Graecia cum eadem ferme essent instituta ad matrimonium sanciendum pertinentia, vix esse dubium, quin verbum q. e. ἐγγυᾶν (ἐκδιδόναι) in reliquis quoque civitatibus eodem sensu sollemni valuerit quo Athenis. Cuius sententiae confirmandae causa *Hruza* l.l. conferre iubet tabulas dotales Myconi repertas, in quibus usque redire formulam: (τὴν θυγατέρα) ἐνηγγύησε γυναῖκα.

Vulgo, ut supra iam diximus, *Hruzae* hodie adstipulantur viri docti³, atque id iure, opinor, ac merito. Ab hoc autem tamquam principio orsi cum consideramus concubinatum

¹ I, p. 35 sqq.

² Vel continuo vel brevi post factum hoc fuisse putandum est (Hr. l. l.).

³ Cf. E. Thalheim in Pauly-Wiss. R. E.² V, p. 2567: ‘Εγγύησις bezeichnet den Abschluss des Ehevertrages zwischen dem κύριος, dem Geschlechtsvormund eines Mädchens, und dem Bräutigam.

E. Weiss. *Griechisches Privatrecht* I, 223: „Der Ausdruck der ionisch-attischen Prosa ist ἐγγύησις” (scil.: für Ehebegründung).

illum legitimum, qui ab iis quos supra laudavimus ad explicandos nonnullos apud oratores locos fingitur, mira hercle admodum tota haec res evadit. Legitimum enim hunc concubinatum eo tantum a matrimonio iusto differre volunt, quod desideretur γάμος, observari enim τὴν ἐγγύησιν. Iam tecum reputes, quaeso, 1°. servas fuisse Graecorum concubinas, 2°. ἐγγυήσει, non γάμῳ, ipsum matrimonium pangi et sanciri solitum esse: intelleges, quantas in ineptias deducamur necesse sit, si illos sequamur. Quis enim hoc commissurum fuisse credat civem Graecum, ut in serva omnia matrimonii iura consummaret per ἐγγύησιν?

Deinceps attendere te velim ad locum illum gravissimum, qui legitur apud Platonem *Legg.* VIII, 841D (cf. pag. 18). Verba haec sunt: ἄθυστα δὲ παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα μὴ σπείρειν (scil. oportere in optima ea, quae fingi possit, republica). Primum hic locus docet concubinatum nullis sacris sanctum fuisse, tum vero spurios fuisse liberos concubinarum, id quod fusius exsequemur capite III. Filium autem spurium eundem ἀνέγγυον esse apparet *Plat. Rep.* 461B: ἐάν τις τῶν ἔτι γεννώντων μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος ἄπτηται τῶν ἐν ἡλικίᾳ γυναικῶν, νόθον (γὰρ) καὶ ἀνέγγυον καὶ ἀνίερρον φήσομεν αὐτὸν παῖδα τῇ πόλει καθιστάναι.

Iam inspiciamus Iamblichum *De Vit. Pythag.* XXVII, § 132: ἀπαλλάξαι δὲ λέγεται τοὺς Κροτωνιάτας καὶ τῶν παλλακίδων καὶ καθόλου τῆς πρὸς τὰς ἀνεγγύους γυναικας ὁμιλίας. Expressis verbis hic traditur ἐγγυήσεως expertes fuisse concubinas. Alio apud eundem auctorem loco (*D. V. P.* XXX § 195), ubi item agitur de Crotoniatibus Pythagorae hortatu a concubinarum consuetudine abstinentibus haec legimus: τῆς αὐτῆς δὲ ἀρετῆς ἐστὶ καὶ τὸ πεῖσαι Κροτωνιάτας ἀπεχέσθαι τῆς ἀθύτου καὶ νόθης πρὸς τὰς παλλακίδας συνουσίας. Apparet verba ἀθύτου καὶ νόθης idem valere atque ἀνεγγύους loco superiore. Licet autem in rerum fictarum historia hic versemur (cf. pag. 48 in calce), ipsae tamen ἀθύτου et νόθης definitiones

ad veram vitam pertinent. Ceterum recte *Nauck* ad haec verba adnotat: „usus est Iamblichus loco Platonis Legg. VIII 841D: ἄθῦτα δὲ παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα μὴ σπείρειν.”

Ab eorum, quos hucusque respeximus, virorum doctorum opinionibus magnopere discrepant ea, quae de concubinato Graecorum disputavit E. von Lasaulx¹. Cuius auctoris sententia principes illi antiqui militiae tantum concubinas habebant — servas videlicet et ex praeda sive receptas sive emptas —; ceteroqui vero a Graecorum moribus prorsus alienum fuisse concubinatum. Quia de iis tantum viris agitur, quibus domi sit uxor, non liquet, quid idem hic auctor in univ-ersum de concubinitus forma sentiat. Ex iis tamen, quae de matrimonio disputat, iure efficias de iustis ac legitimis ante perpetrandis non eum cogitasse.

Item E. Caillemet² concubinatum eiusmodi, i. e. suis iustis ac legitimis moderatum umquam (Athenis saltem, nam de hac una civitate agit) viguisse negat.

Plane idem statuit Hruza³: „So glaube ich denn sagen zu dürfen, dass der Pellikat des klassischen Athen kein Rechtsverhältnis mehr war, da die einzige Norm, die für παλλακαί bestand unanwendbar wurde. Da dem Ehemanne keine eheliche Treupflicht auferlegt war, stand rechtlich nichts im Wege, dass er sich eine

¹ Zur Geschichte und Philosophie der Ehe bei den Griechen. Abh. d. K. Baierischen Akad. d. Wissensch. 1855 VII, p. 46: „Hellenische Fürsten pflegten zwar auch im Kriege, nach dem Recht und der Sitte des Krieges, gefangene Weiber sich beizulegen, zu Hause aber, neben der Ehefrau einer anderen beiwohnen, galt als eine Misachtung der Gattin, die nicht ohne Rache blieb und erschien nun dann gerechtfertigt wenn die Frau kinderlos war.” Ibid. p. 98: „Dass die innere Verpflichtung zu eheliche Treue für beide Gatten die Gleiche sei, wurde von ernsten Denkern häufig geltend gemacht.”

² In Daremberg et Saglio, Dictionnaire des Antiquités Grecques et Romaines, p. 1435: „Bien loin de nous dire que l'entretien d'une pallaque près de la femme légitime fût légalement autorisé, les auteurs anciens parlent presque comme s'il était défendu.”

³ p. 93.

παλλακή aushalte; bei dem Unvermählten fiel auch das faktische Hindernis, das etwa die Eifersucht oder das Hausregiment der Frau dem Ehemanne bereitete, natürlich weg."

Iam ut summam faciamus eorum, quae hucusque rettulimus, apparet duas hodie esse opiniones adversa fronte inter se oppositas, alteram eorum qui fuisse putent concubinatum legitimum et ἐγγυήσει utique sanctum, alteram eorum qui quicquam iusti aut legitimi in concubinatum cecidisse omnino negent. Tertiam autem et inter utramque mediam opinionem unus, quod sciam, amplexitur Busolt¹. Cuius viri docti verba haec sunt: „Ein Konkubinat den ein Bürger mit einer freigeborenen Frau, einer Bürgerstochter oder einer Fremden zur Erzeugung freigeborenen Kinder unterhielt, war wie die Ehe, seit alter Zeit gesetzlich geschützt. In diesen legitimen Konkubinat trat eine Bürgerstochter durch einen der Engyesis ähnlichen Akt ein. (Nos verba typis rarioribus exprimenda curavimus). Ihr Geschlechtsvormund gab sie dem Bewerber. Der Akt war aber keine Engyesis, und der Konkubinat darum keine Ehe. Auszer in der letzten Zeit des Peloponnesischen Krieges durfte schwerlich ein Bürger eine legitime Konkubine annehmen, während er eine Ehefrau besaß. In diese Zeit² fällt das Gesetz: γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἐτέρας Diog. Laert. I, 26 Ehelichen, γαμεῖν, durfte der Bürger auch fernerhin nur eine Bürgerin, eine Nebenehe oder Bigamie war nicht gestattet, sondern nur neben der Ehe ein Konkubinat." Quae Busolt scripsit idcirco paulo copiosius laudavimus, quia singula quae hic ponuntur falsa nobis videntur. Primum enim superiore capite demonstravimus concubinas, eaedem quae essent cives, neque Athenis neque alibi usquam in Graecia olim fuisse. Tum vero, quod concubinatus huic legitimo peculiaris quaedam hic assignatur ratio sancienti, 'ἐγγυήσεως similis' quae fuerit, rogare velimus

¹ *Griechische Staatskunde* II³ p. 941 sq.

² *Ibid.* n. 2.

quaeve sancienti haec ratio fuisse putanda sit, quibusve documentis ab antiquis auctoribus repetitis demonstrari possit eiusmodi quicquam in concubinato contrahendo observatum esse. Neque enim testimonium ullum affert Busolt et ea, quae haud scio an pro testimonio habeat, verba dico Isaei, De Pyrrh. her. III § 39, recte iamdudum ab *Hruza* alio sunt relata (vid. h. l. pag. 9 et pag. 30).

Postremum, quod attinet ad legem apud Diogenem Laertium commemoratam, satis hic habeo legentes relegare ad ea, quae ab eodem viro docto l.l. pag. 54 de ea adnotantur; omnia hic exscribere longum est. Merito autem ad Busoltum eadem referas, quae loco, quem volumus de Buermanno dicuntur: „er legt befangen in der Lehre vom s.g. legitimen Konkubinate ein einseitiges Gewicht auf das Referat des Diogenes und füllt die Lücken unserer Ueberlieferung willkürlich mit unbeweisbaren Annahmen aus.”

Postquam diversas eorum, qui de concubinato graeco egerunt, sententias examinavimus¹, nonnulla adhuc in medium proferenda videntur, quibus sententiam nostram confirmemus.

Nusquam apud Graecos auctores nisi apud unum [Dem.] c. Neair. § 122, quo de loco infra (cap. V) erit agendum, expressis verbis definitur, quid sit *παλλακή*. Nec sane mirum est: et enim is, qui hac voce uteretur et ii qui audirent ex ipsa vita satis superque noverant, quid sibi vellet. Quod cum ita sit, ipsa rei condicione circumspicere cogimur, num qua hic aut illic deprehendi possint indicia, quae quasi circuitione quadam ad verum nos perducant. Huiusmodi indicia in carminibus epicis rariora adhuc esse quam apud auctores aetatis historicae facile intellegimus. Nec tamen desunt omnino. Velut aliquid de concubinarum statu et condicione docet notissimus ille locus Il. I, 345 sqq., ubi narratur quomodo Briseis traducatur ad taber-

¹ Addere hic licet O. Gilbert, olim cum credidisset concubinatum legitimum fuisse, post meliora doctum de hac sententia destitisse (*Handbuch der Gr. Staatsalterthümer* I² p. 210).

naulum Agamemnonis. Prius autem quam inspiciamus ipsum hunc locum, adnotandum videtur non secus atque Chryseida concubinam eam esse habendam¹. De Chryseide cf. Il. I, 29 sqq.:

τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρὶν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν ᾿Αργεῖ, τηλόθι πάτρης,
ἵστον ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λῆχος ἀντιόωσαν.

Eodem loco habendam esse Briseida ibid. IX, 132 sqq. cognoscimus:

τάς μὲν οἱ δώσω, μετὰ δ' ἔσσεται ἦν τότε ἄπηύρων
κούρην Βρισηῖος· καὶ ἐπὶ μέγαν ὄρκον ὁμοῦμαι
μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι, ἥδ' ἐμιγῆναι
ἢ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἥδ' ἐγυναικῶν.

Licet enim iuraturus sit Agamemnon nunquam cum Briseida se concubuisse, θέμις tamen erat hoc fieri; velut post, ubi ad Achillem redierit puella, haec legemus (Il. XXIV, 675 sq.):

αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὖδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου·
τῷ δ' ἄρ' Βρισηῖς παρελέξατο παλλιπάρηος.

His praemonitis ad ipsum locum, quem volumus, accedamus. Verba haec sunt:

ὥς φάτο· Πάτροκλος δὲ φίλῳ ἐπεπεῖθεθ' ἐταίρῳ·
ἐκ δ' ἄγαγε κλισίης Βρισηῖδα καλλιπάρηον,
δῶκε δ' ἄγειν. τὼ δ' αὖτις ἔτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν
ἣ δ' ἀέκουσ' ἄμα τοῖσι γυνὴ κίεν

Vides sic temere ab altero duce ad alterum traduci puellam; scilicet utpote bello captae rerum loco habentur huiusmodi concubinae neque alia ratione atque quaevis alia pars praedae ducibus obveniunt.

Quod ad aetatem mythicam pertinet, unus tantum praesto est locus, e quo aliquid certi discere possis, locum dico Herodoti VI, 155, quem pag. 13 tractavimus. Puella de qua agi-

¹ Cf. Athenaeus XIII, 556 D in.

tur — servam esse satis opinor supra probavimus — a Themisone viro alicui donatur, cuius concubina fit. Iusta ac legitima commemorantur nulla. Verum etiamsi serva non esset, nihilo tamen minus — immo magis etiam — constaret ratio nostra. Fac enim liberam esse: misere desiderabitur ὁ κύριος, cuius unius e manu rite eam accipere potest Polymnestus. Etearchus enim pater puellae in Creta est, res autem agitur Theræe.

Transeamus ad ea indicia, quae pertinent ad aetatem historicam. Primum notatu hic dignum est Plutarchum ubi de concubinis 'sumptis' agit, ita loqui solere, vix ut credi possit ulla sollemnia ad ipsam rem accessisse. *De liberis educandis* c. 1 (II, 1A): τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων τέκνων γενέσθαι πατράσιν ὑποδείμην ἂν ἔγωγε μὴ ταῖς τυχοῦσαις γυναιξὶ συνοικεῖν, λέγω δ' οἷον ἐταίραις ἢ παλλακαῖς. *An seni respublica gerenda sit* c. 9 (II, 789B):

ὁ δὲ τὸν πάλαι συνοικοῦντα καὶ συνβιοῦντα πολὺν χρόνον ἀμέμπτως οἰόμενος δεῖν ἀφεῖναι διὰ τὸ γῆρας τὴν γυναῖκα καὶ ζῆν καθ' ἑαυτὸν ἢ παλλακίδιον ἀντὶ τῆς γαμετῆς ἐπισπάσασθαι, σκαϊότητος ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολέλοιπεν.

Litteris rarioribus exprimenda curavimus verba potiora. Ipsa loquuntur neque ulla explicatione indigent.

Alterum documentum, e quo colligere liceat concubinatus iusta ac legitima nulla fuisse, praebere nobis videtur textus pactionis eius nuptialis, quae apud Mitteis-Wilcken¹ proponitur: [καὶ] μὴ ἐξέστω Μενεκράτει γυναῖκ' ἄλλην ἐπεισάγεσθαι ἐπ' Ἀρσινόην μηδὲ παλ[λακ]ήν μ[ηδὲ π]αιδ[ικόν] [ἔχ]ειν μηδὲ τεκνοποιεῖσθαι ἐξ ἄλλης γυναικὸς ζώσης Ἀρσινόης Tria hic maritus viva uxore committere vetatur: 1°. ut alteram coniugem domum ducat; 2°. ut concubinam (habeat); 3°. ut amasium habeat. Vides uno conspectu comprehendi posteriora duo, unum enim verbum (ἔχειν) pariter ad concubinam et amasium

¹ *Grundzüge u. Chrestom.* II, 2, p. 319 (No. 284). Cf. No. 285.

pertinet. Enimvero, si constat virorum cum amasiis consuetudinem nulla lege sanctam fuisse, ne de concubinato quidem aliter iudicandum esse ipsa ratio docet.

Quin sic, quaeso, rem mecum consideres. Omnibus notum est civi Atheniensi, filium suum ingenuum in phratriam recipi cum vellet, iurandum fuisse: ἡ μὲν ἐξ ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς γυναικὸς εἰσάγειν. Iam faciamus 1°. concubinas fuisse, eadem quae essent cives, 2°. fieri potuisse, ut concubinatus per ἐγγύησιν contraheretur: consequens sit patrem efficere potuisse, ut filius ex se et concubina natus in phratriam reciperetur; quo facto particeps factus esset ἀγχιστείας ἱερῶν καὶ ὀσίων, i. e. γῆσιος iudicaretur. Atqui filius ex cive et concubina natus numquam non νόθος fuit (vid. cap. III. p. 32). Apparet ergo concubinatum per ἐγγύησιν contractum cogitari non posse, quin absurdum illud consequatur, ut idem puer ex concubina ortus *spurius* simul et *ingenuus* esse potuerit.

His perpensis non dubitamus cum iis facere, qui concubinatum legitimum unquam fuisse negent. Quod cum dicimus, nequaquam nos praeterit in Graecia quoque fieri potuisse, ut aliquo numero atque honore domi suae esset domini concubina; immo data opera ea quae huc pertinent indicia infra persequemur. Verum hoc manet et in hac una re totius quaestionis summa versatur: qua ratione temporibus antiquissimis domum viri intraverit concubina, eadem ratione historica quoque aetate eandem intravisse ¹.

¹) Cf. etiam quae de pellice Romanorum adnotat lex. Facciolati-Forcellini: „Paul. Dig. 50, 16, 144. Masurius scribit libro memoria-
lium, pellicem apud antiquos eam habitam, quae cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, eamque nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. C. Flaccus scribit, pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat; quosdam eam, quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Graeci παλλακὴν vocant. — Paul. ex Festo: Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quae uxorem habenti nubebat. Gell. 4, 3: Pellicem appellatam, probrosamque habitam eam, quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque

Unum adhuc notandum hic videtur. Loco Isaei De Pyrrh. her. III § 39 (vid. p. 9) non de *dote* agi luculenter demonstravit quem saepius iam laudavimus H r u z a (II, p. 85). Ipsa ut verba apponam: „διομολογεῖσθαι περὶ τῶν δοθησομένων ταῖς παλλακαῖς heisst hier über die zum Unterhalte der paelex erforderlichen Leistungen sich vereinbaren. An unserer Stelle sagt nun der Redner zu den Richtern: 'Glaubt Ihr, dass Nikodemos so sehr das Geld verachte, dass, wenn der Sachverhalt richtig ist, er nicht dabei aufs genaueste untersucht hätte, was ihm frommt. Fürwahr gewiss, meine ich, da ja auch diejenigen, welche die Ihnen zur Pallakie geben, alle zuvor die Leistungen an die παλλακῇ abmachen'. Hier spricht der Redner nicht mehr von der Fürsorge für die Schwester, sondern von der Fürsorge, die Nikodemos mit der ὁμολογία προικὸς sich selbst angedeihen liess. Ganz wohl passt dazu zur Vergleichung die ὁμολογία περὶ τῶν δοθησομένων in meinem Sinne, da durch dieselbe der Herr lukriert."

Ne ex eo quidem loco, qui legitur apud Demosthenem, c. Aristocr. § 53 (cf. pag. 10) colligi licere Athenis olim fuisse concubinatum legitimum, eo quod proxime sequetur capite demonstrabitur.

alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur e. q. s."

Cf. etiam J. P l a s s a r d, *Le concubinat Romain* p. 19: „En définitive, jamais personne n'a soutenu qu'avant Auguste le concubinatus ait été autre chose qu'une union de fait."

CAPUT III

DE STATU LIBERORUM E CONCUBINA NATORUM

Cuiusnam status fuerint ei, qui e cive aliquo Graeco libero atque eius concubina nati essent, haec quaestio usque adhuc a viris doctis satis tractata non est. „*Die Frage wird von unseren Schriftstellern kaum gestreift; Schoemann aber (Gr. Alt.⁴ I, S. 366) findet es natürlich, dass solche Kinder dem Stande der Mutter folgten, also einfach δικοτριβες wurden.*¹ Quod minime mirandum est! De qua enim re apud auctores Graecos indicia raro tantum inveniuntur, de ea definitionem aliquam certam se inventurum esse nemo sperare potest. Bene tamen si utaris paucis iis indiciis, quae praesto sunt, fieri posse putamus ut melius atque expressius eiusmodi liberorum statum cogitatione fingas.

Capite I. cum demonstratum sit *παλλακὴν* nunquam non esse servam, non a re alienum videtur primum inquirere, quid viri docti opinentur de statu liberorum ex ancilla atque cive Graeco natorum. *Beauchet* putat, quamquam non sine aliqua dubitatione, e iure Attico eiusmodi liberos esse ἐλευθέρους². *Kohler-Ziebarth* idem statuunt, quod ad ius Gortynium attinet³.

¹ *Hruza*, *op. l.* pag. 90, n. 43.

² *Op. l.* II, p. 408: „Pour poser une règle générale, nous dirions, mais non sans une certaine hésitation, que le droit attique avait adopté la règle opposée à celle que proposait Platon, c'est-à-dire, en renversant un terme de l'adage précité: *melioris parentis conditionem sequitur partus.*” In adnotatione 2 ad hanc pag.: si l'on admet que, quand le père est libre, l'enfant suit la condition de celui-ci, on pourrait appliquer aux enfants nés d'une pallasque esclave la célèbre loi de Dracon sur le meurtre....”

³ *Das Stadtrecht von Gortyn* p. 52: „Wenn dagegen ein freier Mann eine Sklavin heiratet, dann sind die Kinder sicher frei.”

Busolt¹ quoque fieri potuisse putat, ut ei, qui e cive atque ancilla (vel e servo atque cive) nati essent, liberi essent et civitatem haberent.

Hic priusquam disputare pergamus, unum praemonendum est; hoc dico: cuivis homini Graeco licuisse filium (aut filiam) ex uxore sua natum, aut „tollere”, quo agnosceret infantem esse suum, aut iacentem relinquere². Ipsa ratio docet idem ei licuisse, cum infans ex ancilla sua natus ad pedes eius deponeretur. Consentaneum est, eiusmodi puerum, cum pater eum non sustulisset, servum fuisse. Omnia ergo, quae hoc capite de παλλακῆς liberis dicta erunt, ita tantum valebunt, si pater infantem sustulerit.

Nemo nescit liberos παλλακῆς appellari νόθους. Cf. Pollux III, 21: γνήσιος μὲν ὁ ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ γαμετῆς (ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἰθαγενής), νόθος δ' ὁ ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος. Ii autem viri docti, qui de statu liberorum, quorum mater παλλακὴ fuerit nihil disputaverunt, iidem tamen egerunt de 'spuriis'. Et Lipsius³ et Busolt⁴ eiusmodi pueros liberos fuisse putat; iure tamen hereditario eosdem caruisse, neque in phratrias ascisci potuisse.

Agitur sane ab his viris doctis de condicione liberorum concubinis natorum, sed ex hoc uno principio totam disputatio-

¹ *Griechische Staatskunde* I, p. 275 n. 4.

² Kohler-Ziebarth *op. l.* p. 60: „Der Vater entscheidet (scil. Gortyne) über das Leben des Kindes: spricht er sich für die Aussetzung aus, so wird das Kind getötet, oder dem Verderben preisgegeben, verlangt er aber das Aufziehen des Kindes, dann genießt sein Leben von nun an den gewöhnlichen Schutz.”

H. Bolkestein in *Tijdschrift voor Geschiedenis* 37, p. 282 sqq.: „gebleken is, dat de echtgenoot vrij is geweest om de kinderen van zijn vrouw al dan niet als de zijne te erkennen.” Idem putat Wenger cuius verba l. l. laudantur.

³ *Op. l.* pag. 476.

⁴ *Op. l.* pag. 942: „Die im Konkubinat erzeugte Kinder waren also uneheliche Bastarde, Nothoi, die als solche nicht erberechtigt waren.... weder zur engeren familienrechtlichen Gemeinschaft der Blutverwandschaft gehörten, noch in die Phratrien aufgenommen werden durften.”

nem deducunt: νόθους fuisse. Quare operae pretium videtur omnes eos locos considerare, e quibus aut statim aut circuitione quadam aliquid de statu et condicione παλλακῆς liberorum colligi possit. Qui loci in duo genera dividendi sunt:

A: ex carminibus epicis repetiti;

B: ab auctoribus aetatis historicae sumpti.

Aetatem prae-historicam omittere cogimur. Unus tantum locus exstat, quo liberi παλλακῶν nominantur, locum dico Herodoti VI, 137 (cf. pag. 13), ubi narratur liberos mulierum illarum ex Attica raptarum (puta a matribus excitatos) noluisse se in consuetudinem liberis uxorum legitimarum dare. His expositis sic pergit auctor: καὶ δὴ καὶ ἄρχειν τε τῶν παίδων οἱ παῖδες ἐδικαίουν καὶ πολλῶ ἐπεκράτεον. Recte mihi videtur H. Stein ad hunc locum adnotare: „Die Sage, deren Absicht es ist, das alte Recht der Athener auf den Besitz der Insel (Lemnos) zu erweisen, lässt darum schon die Knaben als die rechtmässigen Erben und Herren sich benehmen." Lemnii autem rationem nullam invenire potuerunt, qua dominationem illam imminuentem evitarent, nisi ut interficerent liberos suos e concubinis ortos. Ex toto autem contextu mihi apparere videtur illos concubinarum liberos prorsus in aequo positos fuisse cum uxorum legitimarum filiis. Nimis licet premere hoc argumentum nolim, tamen si per coniecturam ponimus condicionem eiusmodi liberorum aetate mythica prorsus eandem fuisse atque in carminibus epicis, profecto huic coniecturae nostrae locus Herodoti quodammodo argumento esse potest.

Iam consideremus locos e carminibus epicis repetitos.

I. Od, XIV, 199 sqq.:

ἐκ μὲν Κρητῶν γένος εὐχομαι εὐρείων
 ἀνέρος ἀφνειοῦ πάϊς· πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι
 υἱέες ἐν μεγάρῳ ἡμὲν τράφεν ἡδ' ἐγένοντο,
 γνήσιοι ἐξ ἀλόχου· ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ
 παλλακίς, ἀλλὰ με ἴσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα
 Κάστωρ Ὑλακίδης, τοῦ ἐγὼ γένος εὐχομαι εἶναι....

ἄλλ' ἦτοι τὸν κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι
 εἰς Ἀἶδαο δόμους· τοὶ δὲ ζῶν ἐδάσαντο
 παῖδες ὑπέρθυμοι, καὶ ἐπὶ κλήρους ἐβάλλοντο·
 αὐτὰρ ἐμοὶ μάλα παῦρα δόσαν, καὶ οἰκί' ἔνειμαν.
 ἡγαγόμεν δὲ γυναιῖκα πολυκλήρων ἀνθρώπων
 εἶνεκ' ἐμῆς ἀρετῆς

Hoc loco Ulixes Eumaeo ficta quaedam narrat de origine sua. Fingit se παλλακίδος esse filium, patri alios quoque filios, eosque γνησίους, fuisse. Natum se esse dicit in Creta. Id quod notatu dignum videtur, quia ea, quae de filio spurio et Cretensi hic narrantur, ne Ithacae quidem inusitata esse videntur. Quamquam enim subulcus ille dubitat an non omnia, quae sibi narraverit erro, vera sint, persuasum tamen habet verum eum dixisse de origine sua. Quae igitur in Creta de eo, qui sit νόθος, dici possunt, eadem Ithacae quoque valere apparet. Hic νόθος autem, filius παλλακίδος (quae eadem δούλη erat) a patre plane cum filiis uxoris legitimae in aequo ponitur. Ἐλεύθερος igitur est. Iure hereditario tamen caruisse videtur, nam filios ingenuos perpauca ei dedisse audimus. At ille quidem scit 'quibus amissas reparare queat res artibus atque modis', siquidem puellam nobili loco ortam atque locupletem in matrimonium ducit. Id, quod nunquam facere potuisset, nisi eodem atque ingenui loco habitus fuisset.

II. Od. IV, 10 sqq.:

υἱεὶ δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην,
 ὅς οἱ τηλύγετος γένετο κρατερὸς Μεγαπένθης
 ἐκ δούλης¹

Telemachus cum Spartam venit, Menelaus binas nuptias celebrat. Uno eodemque tempore filia eius nubit et filius eius Megapenthes, ex serva natus, filiam nobilis cuiusdam Spartiatae in matrimonium ducit. Una cum Helena hospites proficiscentes prosequitur (Od. XV, 100 sq.). Ita ergo Megapenthem

¹ Haec δούλη prorsus videtur παλλακὴ esse habenda.

hunc spurium in honore fuisse apparet, ut eum non diversum a filio ingenuo iudicare liceat. Servum eum fuisse vix est quod expressis verbis refutem. Tertium documentum ad aetatem epicam pertinens hoc est:

Parthenius (Mythogr. Gr. II) XVI:

Ἐλέχθη δὲ καὶ περὶ Λαοδίκης ὁδε λόγος, ὥς ἄρα παραγενομένων ἐπὶ Ἑλένης ἀπαίτησιν Διομήδους καὶ Ἀκάμαντος πολλὴν ἐπιθυμίαν ἔχειν μιγῆναι παντάπασιν νέῳ ὄντι Ἀκάμαντι· καὶ μέχρι μὲν τινος ὑπ' αἰδοῦς κατέχεσθαι, ὕστερον δὲ νικωμένην ὑπὸ τοῦ πάθους ἀνακοινώσασθαι Περσέως γυναικὶ (Φυλοβίη αὐτῇ ὄνομα) παρακαλεῖν τε αὐτὴν ὅσον οὐκ ἤδη διοιχομένη ἀρήγειν αὐτῇ. κατοικτεῖρουσα δὲ <αὕτη> τὴν συμφορὰν τῆς κόρης δεῖται τοῦ Περσέως, ὅπως συνεργὸς αὐτῇ γένηται ἐκέλευε τε ξενίαν καὶ φιλότητα τίθεσθαι πρὸς τὸν Ἀκάμαντα. Περσεὺς δὲ τὸ μὲν καὶ τῇ γυναικὶ βουλόμενος ἀρμόδιος εἶναι, τὸ δὲ καὶ τὴν Λαοδίην οἰκτεῖρων πάσῃ μηχανῇ [ἐπὶ] τὸν Ἀκάμαντα εἰς Δάρδανον ἀφικέσθαι πείθει· καθίστατο γὰρ ὑπαρχος τοῦ χωρίου. ἦλθε καὶ Λαοδίκη ὥς εἰς ἑορτὴν τινα σὺν ἄλλαις τῶν Τρωάδων ἔτι παρθένος οὔσα. ἔνθα δὴ παντοδαπὴν θοίνην ἐτοιμασάμενος συγκατακλίνει καὶ τὴν Λαοδίην αὐτῷ φάμενος μίαν εἶναι τῶν τοῦ βασιλέως παλλακίδων. καὶ Λαοδίκη μὲν οὕτως ἐξέπλησε τὴν ἐπιθυμίαν, χρόνου δὲ προϊόντος γίνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς Μούνιτος, ὃν ὑπ' Αἰθρας τραφέντα μετὰ Τροίας ἄλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἴκου. καὶ αὐτὸν θηρεύοντα ἐν Ὀλύνθῳ τῆς Θράκης ὄφιν ἀνέϊλεν.

Haec Laodice¹ παλλακὴ sane Acamantis non est, attamen commendatur puella ei tamquam una ex Priami concubinis; ergo Acamanta eam pro serva habuisse consentaneum est, Troiaque capta puellam re vera captivam ideoque servam factam esse, nisi forte ante mortua sit, nemo non mecum consentiet. Filius autem e coniunctione tam temporaria natus a patre secum in Graeciam aufertur. Quidquid autem statuendum videtur de ipsa Laodice, filius certe eius statum matris non sequitur, quippe qui aliter si res haberet Troianus fuisset

¹ De qua aliquot fabulae exstant. Cf. P a u l y-W. R. E.² XII, p. 699.

et utpote captivus, servus. Quodsi vero Munitus re vera servus fuisset, factum non esset, ut pater filium eum agnosceret neque in eadem fabula traderetur quomodo νόθος ille mortuus esset. Fabulam de servi vili corpore tam accurate nos docturam fuisse vix credi potest. Iam Eustathius intellexit νόθους illos (in quibus etiam liberi παλλακῶν numerandi sunt) in carminibus epicis prorsus in aequo poni cum ingenuis. Cf. ea, quae adnotat ad Il. VIII, 284: νόθον δὲ τὸν Τεῦκρον ὁ βασιλεὺς λέγει ἀπλοῖκῶς λέγων τὸ ὄν οὐ μὴν ὀνειδίζων ὅτε καὶ κολακεύειν ἐχρῆν. δῆλον ὅτι οὗτ' ἦν ἐν ὀνειδεί τοῖς παλαιοῖς ἡ νοθεία· ἐπεὶ γὰρ ἐνενόμιστο παλλακὰς ἔχειν, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν νόθοι μὲν ἐκαλοῦντο ἀκαταγνώστῳ καὶ ἀνεμεσήτῳ κλήσει, οὐδ' ἐν δὲ ἤττον ἐτιμῶντο τῶν γνησίων οἱ ἐν νόθοις ἀγαθοί, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ παλλακὴ ἐφύβριστον ἦν ὄνομα. Haec profecto in universum de παλλακῶν filiis, qui in carminibus epicis commemorantur, dici possunt. De iure civitatis, quale fuit aetate historica, quantum ad antiquissima illa tempora pertinet, quaeri non potest. Filii ingenui, cum facere id posse sibi videbantur, spurium illum e familia extrudebant et patre mortuo id agebant ne hereditatis particeps fieret. Prorsus idem apud Babylonios observatur. De qua re conferas, quaeso, J a s t r o w *Op. l.* pag. 305: „The code recognizes the legitimacy of the children of a handmaid or concubine, provided the father during his lifetime recognizes them as his own by pronouncing the formula ‘my children’ in regard to them, that is, by a formal adoption¹. In that case they share in the paternal estate equally with the children of the main wife. If the formal adoption has not taken place, then the children of the handmaid have no share in the estate, but on the other hand protection is given to them by the grant of their freedom after the death of the father; and it is specifically provided that the children of the main wife have no claim on the service of their half-

¹ Idem fortasse quod Graeci ἀναρπείσθαι dicebant.

brothers or sisters." Ergo hic quoque condicio quaedam debilis, sed servitus longe abest. In Graecia huc accedit, ut νόθος ille aliquo in numero atque honore esse possit, puellam locupletem et summo loco ortam in matrimonium ducere possit, nulla ex parte fratribus ingenuis posthabeatur.

B. Loci ad aetatem historicam pertinentes:

I. Herod. I, 173:

ἐν δὲ τόδῃ ἴδιον νενομίκασι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων· καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑαυτοὺς καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν πατέρων· εἰρομένου δὲ ἑτέρου τὸν πλησίον τίς εἴη καταλέξει ἑαυτὸν μητρόθεν καὶ τῆς μητρὸς ἀνανεμέσται τὰς μητέρας. καὶ ἦν μὲν γε γυνὴ ἀστὴ δούλῳ συνοικήσῃ, γενναῖα τὰ τέκνα νενόμισται· ἦν δὲ ἀνὴρ ἀστὸς καὶ ὁ πρῶτος αὐτῶν γυναῖκα ξένην ἢ παλλακὴν ἔχῃ, ἅτιμα τὰ τέκνα γίνεται.

P. M. Meyer¹ hoc loco Herodoti iniuria, opinor, argumento usus est, quo liberos concubinarum Graecarum civitate carere demonstraret. In papyro illa, loco in calce laudato tractata, agitur de liberis e milite quodam atque muliere indigena natis. Matrimonium illam coniunctionem nominari licere negat v. d., mulierem igitur παλλακὴν nominandam esse. Tum auctor sic pergit: „Die Ausschlieszung der Bastarde aus dem Bürgerverbande finden wir auch sonst im Griechischen Recht. Παλλακή (concubina) — und das ist die Soldatenfrau während der Dienstzeit — und ξένη, νόθοι und ξένοι sind oftmals gleichgestellt. So berichtet Herodot (I, 173) von den Lykiern, dass dort die Kinder eines Bürgers und einer ξένη ἢ παλλακή nicht Bürger sind. Allgemein formuliert diesen Satz Aristoteles (πολιτικά 3, 5 p. 1278 Susemihl).” Ad ea, quae de loco Aristotelis a Meyero dicuntur, paulo infra revertendum erit. Quod vero ad locum Herodoti attinet contraria nobis videntur ex eo colligenda esse atque ea quae hic auctor vult². Ex toto verborum

¹ *Archiv für Papyruskunde* III, p. 85.

² Beauchet quoque putat ex hoc loco nihil colligere licere „par analogie, en raison du caractère tout à fait exceptionnel du droit lycien

contextu luce clarius mihi apparere videtur auctorem hic agere de consuetudine Lyciorum propria (ἴδιον) atque ea ceterorum hominum morum contraria. Apud Lycios liberi παλλακῆς sunt ἄτιμοι, apud gentes igitur ceteras cunctas ἔντιμοι, sive ut verbo auctoris utar, 'γενναῖοι'. Non habemus, quod ex gentibus ceteris cunctis excipiamus Graecos, qui populus Herodoto profecto imprimis notus erat. Immo, ex hoc loco Herodoti optimo iure concludere mihi videor: aetate Herodoti filium παλλακῆς, ac tum maxime cum pater esset vir nobilis (καὶ ὁ πρῶτος αὐτῶν) *e iure publico* in aequo positum esse cum ingenuo.

II. Aristoteles Politica III, 5, 4 (pag. 1278A Susem.):

ἐν πολλοῖς δὲ πολιτείαις προσεφέλκεται καὶ τῶν ξένων ὁ νόμος· ὁ γὰρ ἐκ πολιτίδος ἐν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστίν, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τοὺς νόθους παρὰ πολλοῖς. οὐ μὲν ἄλλ' ἐπεὶ δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν ποιοῦνται πολίτας τοὺς τοιούτους (διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν οὕτω χρῶνται τοῖς νόμοις) εὐποροῦντες δὴ ὄχλου κατὰ μικρὸν παραιροῦνται τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον ἢ δούλης, εἴτα τοὺς ἀπὸ γυναικῶν, τέλος δὲ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν ἀστῶν πολίτας ποιοῦσιν.

Etiam hoc loco P. M. Meyer (cf. pag. 37) argumento utitur, quo confirmet opinionem suam liberos παλλακῶν in Graecia civitate caruisse, statum ergo patris eos non sequi. „Nach ihm” (scil. Aristoteles), sic disputat vir doctus, „genügt es zur Erlangung des Bürgerrechtes in einigen Städten, dass beide Eltern Bürger sind, auch νόθοι werden Bürger. In manchen geht man noch weiter und lässt auch Kinder von Nichtbürgerinnen (ξένοι) zum Bürgerrecht zu. Doch betont er ausdrücklich, dass diese Bestimmungen nicht als normale zu betrachten sind, vielmehr meist nur in Zeiten der Not zur Anwendung zu kommen pflegen aus Mangel an Bürgern. (δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν). Die Entscheidung unseres Protokolls entspricht also

sur ce point” (op. l. II, 406 n. 4). Cf. etiam L. Mitteis, *Reichsrecht und Volksrecht* p. 368, n. 2, qui v. d. item putat ex loco Herodoti argumentum a contrario tantum duci posse,

den Regeln des Griechischen Rechts, so auch des Alexandrinischen, das hier vom Praefecten zur Anwendung gebracht wird." Negare nolim ius Alexandrinum exercuisse praefectum, sed iudicium eius cum Graeco quoque iure consensisse minime, opinor, hoc loco Aristotelis demonstrari potest. Quam opinionem nostram ut argumentis confirmemus, pauca in medium proferre necesse est.

Aristoteles postquam egit de doctrinis diversis ad ius civitatis pertinentibus, legem quandam Thebanam laudat, qua laudata verba praebet¹, supra exscripta, quae in universum ad ius civitatis spectant. Quibus verbis Aristoteles mihi videtur duo genera respicere hominum, qui interdum iuris civitatis expertes sint scil.: 1°. ξένους; 2°. νόθους, quo nomine h. l. comprehendit eos, quorum aut pater aut mater sit servus. Ξένοι ei sunt, quorum pater sit ξένος (quod nisi ita esset, quid sibi vellet γὰρ apud verba q. s. ἐκ πολίτιδος?). Consequens est ut filius patris peregrini statum patris sequatur, exceptis non-

¹ Moneo vocem γυναικῶν idem valere atque 'πολιτίδων'; cf. J. H. von Kirchmann, Aristoteles Politik, übersetzt und erläutert: und später auch die, wo nur die Mutter eine Bürgerin ist, so dass zuletzt nur die als Bürger gelten, welche beiderseits von Bürgern abstammen...." Nonnulla etiam laudanda videntur ex libro quem scripsit W. L. Newman, *The politics of Aristotle* (III, pag. 181). Qui ad verba q. s. τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον ἢ δούλης haec adnotat: „As to this class see above on 1278 a 26", ubi haec invenies: „far more, however, he (i. e. ὁ νόθος) would be the offspring of an illicit connexion between an Athenian citizen and a slave-woman.... The distinction between ξένοι and νόθοι is not allways maintained: see Gilbert, *Gr. Staatsalt.* 2. 297. 2, who refers to Pollux, 3, 21 νόθος δὲ ὁ ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος.... τὸν δὲ νόθον καὶ ματρώξενον ἔνιοι καλοῦσιν; and to Dem. c. Aristocr. c. 213 and compare Diod. 1, 80, 3: νόθον δ' οὐδένα τῶν γεννηθέντων νομίζουσιν, οὐδ' ἂν ἐξ ἀργυρωνήτου μητρὸς γεννηθῇ, where Diodorus is speaking of the Egyptians. If Antiochus' account of the Partheniae of the Lacedaemonian State (ap. Strab. p. 278) is true, and they were the sons of slaves, their enforced emigration to Tarentum would be an illustration of what Aristoteles says here. The children of slaves were commonly thought to be morally below the mark (Eur. fr. 966, Theogn. 537–38)." Ad εἴτα τοὺς ἀπὸ γυναικῶν haec adnotat v. d.: „i. e. sons of a citizen-mother by an alien, not a slave father (Jowett)."

nullis civitatibus democraticis in summa inopia civium. Consequens erat ut etiam spurius, natus e servo atque muliere cive, e iure Graeco servus esset, si vero natus esset e cive atque serva, νόθος ille civitatem haberet. Ex loco Aristotelis autem mihi concludi posse videtur in nonnullis civitatibus Graecis leges fuisse quibus liceret interdum ab illa prisca atque usitata consuetudine pro re ac pro tempore discedere. Quod v. c. fieri solebat summa inopia civium; tum profecto omnes illi termini, quibus ius civitatis in angustum concludebatur, tollebantur. Tum demum, ita si mecum rem intellegis, suam lucem accipient verba Aristotelis 'οὕτω χρῶνται τοῖς νόμοις'. Aliter enim si res se haberet fortasse scripsisset τοιοῦτοις νόμοις χρῶνται. Quibus omnibus consideratis hunc in modum interpretandus mihi videtur locus Aristotelis:

In multis civitatibus lex etiam comprehendit peregrinos, nam in nonnullis democraticis civitatibus filius mulieris civis, (qui filius e iure Graeco statum patris sequeretur ideoque esset peregrinus) civis est, et sic etiam νόθοι cives sunt in multis civitatibus (scil. quae interdum a more Graeco discederent).

Quia tamen nisi inopia ingenuorum civium adducti, huiusmodi homines civitate non donant, tum cum civibus abundant, copia per leges facta iuris civitatis angustius terminandi denuo utuntur (tum singillatim causas decernunt); ita duobus iis generibus quae supra commemoravimus civitatem adimunt. Quare fit ut tandem (id, quod Aristoteli quoque mirum fortasse videtur et contrarium moris Graeci) ii tantum cives fiant, qui utraque ex parte originis ingenuae et civilis sint.

Ex hoc loco non apparere filium παλλακῆς non ἐλεύθερον esse vix est quod adnotem.

III. Philo II, pag. 286, vs. 26:

οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ Ἀβραὰμ τῷ σοφῷ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ καὶ μικρὰ προσεῖναι φησι, καὶ καλεῖ τὰ μὲν μεγάλα ὑπάρχοντα καὶ ὑπαρκτά, ἃ τῷ γνησίῳ κληρονομεῖν ἐφεῖται μόνῳ, τὰ δὲ μικρὰ δόματα, ὧν οἱ νόθοι καὶ ἐκ παλλακῶν ἀξιοῦνται (Genesis 25. 5. 6.)

ἐκεῖνα μὲν οὖν ἔοικε τοῖς φύσει, ταῦτα δὲ τοῖς θέσει νομίμοις.

Hoc loco argumento nobis licere uti putavimus quamquam de rebus minime Graecis agatur, quod auctor ad Abrahami opinionem declarandam comparisonem adhibet in qua res *Graecis* lectoribus quoque notae respiciuntur. Filii autem παλλακῶν, qui νόθοι appellantur¹, θέσει νόμιμοι sunt. Deteriores igitur liberis legitimis habentur. Nemo sane dubitabit quin sint ἐλεύθεροι.

IV. Plutarchus de liberis educandis c. 1 (II, 1A):

τοῖς γὰρ μητρόθεν ἢ πατρόθεν οὐκ εὖ γεγονόσιν ἀνεξάλειπτα παρακολουθεῖ τὰ τῆς δυσγενείας ὀνειδῆ παρὰ πάντα τὸν βίον καὶ πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις.

Si quis — sic Plutarchus — ἐνδοξα τέκνα procreare cupit, abstinendum est consuetudine amicarum vel concubinarum. Nam inimici liberorum ex eiusmodi coniunctione ortorum pro materia calumniandi semper habent eorum δυσγενείαν. Nobilitate gloriari minime profecto παλλακῆς filio licebat. Quodsi ad rempublicam accedere volebat, semper parati erant, qui de vili origine eum obiurgarent. Attamen manet haec res, νόθον illum *conari* potuisse ad rempublicam accedere. Cives fortasse non magni eum faciebant, sed lex nulla impediabat quominus rempublicam capesseret. Num putas hic apparere eum servum fuisse?

V. Diog. Laert. V, 1, 1:

Ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς παλλακῆς....

Ex hoc loco colligendum videtur Aristotelem habuisse cur censeret νόθον haud ita multum inferiorem esse filio matrimonio iusto nato, quippe qui spurio illi nomen avi dederit.

Ex eis, quae hucusque demonstravi, haec optimo iure mihi videor concludere:

¹ Καὶ ante verba 'ἐκ παλλακῶν' sensu explicativo dictum esse apparet II, 82, vs. 6: διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ τὸν τύπον αὐτοῦ (scil. Iosephi) καὶ τὴν ἀκριβεστάτην τοῦ χαρακτῆρος ἰδέαν βουλόμενος ἐκδηλοτέραν ἐγγράψαι ποιμαίνοντα εἰσάγειν μετὰ γνησίου μὲν οὐδενός, μετὰ δὲ τῶν νόθων ἀδελφῶν, οἱ παλλακίδων ὄντες e. q. s.

1°. filium παλλακῆς semper fuisse ἐλεύθερον (nisi pater eum humi iacentem reliquisset);

2°. in Graecia liberos statum matris non secutos esse;

3°. spurios illos, filios παλλακῶν, non prorsus eodem loco habitos fuisse atque ingenuos; velut Athenis in phratrias non asciscebantur et iure hereditario carebant.

His expositis tempus iam esse videtur diligentius examinare celeberrimum illum locum Demosthenis (c. Aristocr. § 53), quem in capite primo (pag. 10) exscripsimus. Legimus l.l. civi Atheniensi cum alias impune occidere licere moechum manifestum, tum — ipsis ut legis verbis utar — ἐπὶ παλλακῇ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ. Varias virorum doctorum de hoc loco sententias supra rettulimus. Quas cunctas falsas esse duabus de causis statuendum nobis videtur: 1°. quod concubina, eadem civis quae esset, nunquam fuit; 2°. quod liberi ex cive et concubina orti, omni aetate ἐλεύθεροι fuerunt.

Sequitur, ut ipsi nostram sententiam ceteris opponamus. Quod priusquam facimus, legentium animos advertere velimus ad quattuor ea, quibus quasi fundamentis tota interpretatio nostra nititur, quaeque singula deinceps argumentis probabimus. Sunt autem haec:

a. legem, de qua agitur, esse perantiquam;

b. antiquissimis illis temporibus, quorum memoria hac lege conservetur, fuisse ut παλλακὴν aliquis haberet, quacum corpus non misceret;

c. fieri potuisse ut concubinam aliquis sibi compararet servam eam, cui liberi iam essent; nec non id, ut serva, domini παλλακὴ cum esset, ex alio tamen viro — v. c. ex servo aliquo eiusdem familiae — liberos conciperet;

d. factum esse nonnunquam, ut cura liberorum, e concubina qui nati essent, non ipsi committeretur, sed alii alicui mulieri.

ad *a.* Perantiquam legem esse ex eo apparet, quod Draconi adscribitur (Dem. l.l. § 51).

ad *b.* 1°. Agamemnon ubi Briseïda Achilli reddere paratum se declarat, idem paratus est iurare corpus eius intactum se reliquisse (Il. IX, 133 sq.).

2°. De Hecamede, Nestoris q. e. παλλακή, nihil aliud traditur nisi ancillae officiis eam fungi (Il. XI, 624).

3°. Laodice (vid. p. 35) describitur ἔτι παρθένος οὔσα, eandem autem Perseus dicit μίαν εἶναι τῶν τοῦ βασιλέως παλλακίδων.

ad *c.* Quantum ad hoc caput attinet, satis habere possumus commemorare:

1°. non tantum puellas innuptas in bello captas fuisse, sed etiam suis cum liberis matres;

2°. eandem illam Eurycleam, cuius a complexu abstinuisse Laertem cognovimus¹, domi tamen eius (nam πρωθήβη intraverat; quod ad innuptam pertinere videtur) matrem factam esse. Legimus O d. XIX, 482 sqq.:

μαῖα, τίη μ' ἐθέλεις ὀλέσαι; σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτῇ
τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ

ad *d.* Quartum quod posuimus, his testimoniis confirmatur:

1°. Il. V, 69 sqq.:

Πήδαιον δ' ἄρ' ἔπεφνε Μέγης, Ἀντήνορος υἱὸν
ὃς ῥα νόθος μὲν ἔεν, Πύκκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανῶ
ἴσα φίλοισι τέκεσσι, χαριζομένη πόσει ᾧ.

2°. Acamantis filius spurius non ab ipsa Laodice matre educatur, verum ab Aethra, una ex ancillis Helenae².

3°. Apud Eurip. Androm. 222 sqq. legimus:

ὦ φίλταθ' Ἐκτορ, ἀλλ' ἐγὼ τὴν σὴν χάριν
σοὶ καὶ ξυνήρων, εἴ τί σε σφάλλοι Κύπρις
καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς
ἔπεσχον

Quae de Theanone et Andromache dicuntur, non magis de Troianis illis mulieribus valuisse quam de Graecis heroïcae

¹ Cf. O d. I, 433. Euryclea παλλακή nominanda est. (Cf. H r u z a p. 67).

² Cf. P a u l y - W. R. E.² I, pag. 1108.

ae tatis matronis, quae maritorum concubinatum aequo animo ferrent, consentaneum est ¹.

His perpensis si animum converterimus ad ipsam legem 'Draconis' de qua quaeritur, facile intellegemus, quid sibi velit 'ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν' illud definite additum. Videlicet postquam lex illa vigeat, civi Atheniensi ita impune occidere licebat moechum, quem deprehendisset in concubina sua, si e concubina ea liberos haberet, qui ab ipsa educarentur.

Patet enim in interpretanda vetustissima hac lege rationem esse habendam praegnantis eius brevitatis cui veteres illi legum latores studuerint. Quod si facimus, dubitari non potest, quin ἐλεύθερος illud premit *ipsius domini* respici liberos, non ab alio aliquo — sive ante sive post, quam domum eius intraverit — procreatis; ab ipsa educatos tantum intellegendos esse significat praepositio ἐπί. Nihil si amplius scriptum esset nisi ἐπὶ παισὶν, accipi potuisset: 'παλλακὴν quam appositam habeat ad liberos suos, scil. nutricis vel ancillae loco', id quod a legis consilio alienum erat. Non magis ei, qui hanc legem tulit, in promptu fuit huiusmodi aliquid scribere: 'ἐξ ἧς ἂν ἔχῃ παῖδας'; haec enim ut brevitatem erant probabili, ita id ipsum, quod definite erat exprimendum, — *ipsam educare liberos* — expressum non esset.

Iam quod pertinet ad opinionem eorum, qui interpretantur: 'παλλακὴν quam prolem liberam procreandi causa habeat', haec velim tria tecum reputes:

1°. a Graeci sermonis consuetudine alienum est ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν dicere pro ἐπὶ παιδοποιτῶ (παίδων) ἐλευθέρων;

2°. proles a concubina ex domino concepta nunquam non libera fuit; mirum ergo in modum supervacaret ἐλευθέροις illud additum;

3°. Nemo negabit legislatorem cum hanc definitionem adiceret 'ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ' id egisse, ut certis tamquam

¹ Cf. Hruza op. l. p. 69 et infra pag. 49 sqq.

terminis circumscriberet ius impune moechum occidendi. Patet vero oleum et operam perditurum eum fuisse, si ipsum tantum procreandi *consilium* a domino exigeret: hoc enim quivis moechi in concubina deprehensi interfector facile ipse de se testari poterat, etiamsi verum non esset.

Apparet, opinor, legem de qua agimus, et ita interpretandam esse ut modo fecimus, et optime consonare eandem cum iis, quae in superioribus capitibus demonstravimus: semper servas fuisse παλλακὰς et prolem ex iis a dominis procreatam semper fuisse liberam.

Postremum notandum hic videtur veri vel simillimum esse vix unquam usu venisse, ut iure a pervetusta hac lege concessio in παλλακῆς aliquis moecho uteretur. Quod eo confidentius ponere audemus, quia ne in γαμετῆς quidem moecho nisi perraro idem factum esse constat¹.

¹ Cf. Groeneboom, *Lysias' eerste Rede*, pag. 1 s.q.

CAPUT IV

FACTUMNE SIT UT VIR GRAECUS, CUI UXOR ESSET, IDEM CONCUBINAM HABERET

Priusquam quaeramus, quatenus aut per leges moresve aut re ipsa factum videatur, ut vir Graecus, coniugio cum obligatus esset, idem tamen concubinam haberet, ex usu erit paucis exponere, quid de caelibum in hac re licentia statuendum sit. Adstipulandum hic est omnino Caillemero et Hruzae viris doctis¹, quorum sententia caelibes utique nihil impediverit, quin viverent cum concubinis.

Quodsi quaeritur, quid de liberiore huiusmodi coniunctione ipsi secum senserint Graeci, respondendum videtur eadem hic fere ratione indulsisse et tamquam conivisse plerosque, qua fieri solitum esse scimus in pervulgata illa meretricum consuetudine. Scilicet res, si minus plane probanda, attamen leniter ferenda videbatur, atque tum praesertim, cum ageretur de muliere ceteroquin proba et fideli, qualem v. c. fuisse apparet Herpyllida illam Aristotelis (cf. pag. 66). Magis vero ex universa illa rerum id genus aestimatione colligi haec possunt, quam certis ac definitis auctorum testimoniis demonstrari. Nam quod saepius iam notaverunt viri docti² Philo-

¹ Caillemer *l. l.*: „L'entretien d'une concubine n'était certainement pas défendu par le législateur athénien.”

Hruza *op. l.* p. 93: „bei dem Unvermählten fiel auch das faktische Hindernis, das etwa die Eifersucht oder das Hausregiment der Frau dem Ehemanne bereitete, natürlich weg.”

² Caillemer *l. l.*: „on pouvait être un homme estimable, un ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθός, tout en ayant une pallaque.” Cf. Groeneboom, *Lysias' eerste rede*, pag. 96 (‘een ἀνὴρ καλὸς τε καὶ ἀγαθός!’). Quod ad interpretati-

neum illum Antiphontis (cf. pag. 15), qui et concubinam habuerit et in lupanari collocare eam voluerit, eundem 'tamen' ἀνδρα καλόν τε καὶ ἀγαθόν appellari: observandum hic videtur appellationem eam non ad mores, verum ad ipsum locum et condicionem Philonei pertinere, mercator enim fingitur non ex tenuioribus unus, sed satis locuples. Caelibem autem eundem habendum esse infra probabimus (cf. pag. 56).

Leniter vulgo iudicatum esse de iis, qui concubinam haberent, dummodo caelibes essent, supra posuimus. Unus tamen est locus, quo omnis concubinarum usus expressis verbis improbatur, locum dico Platonis Legg. 840D (cf. p. 18). In ea enim quam animo concepit republica prorsus interdictum vult philosophus, ne quis civis concubinam habeat: εἴ τις συγγίγνοιτό τινι πλὴν ταῖς μετὰ θεῶν καὶ ἱερῶν γάμων ἐλθούσαις εἰς τὴν οἰκίαν, ὠνηταῖς εἴτε ἄλλω ὁττωῦν τρόπῳ κτηταῖς μὴ λανθάνων ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας πάσας, τάχ' ἂν ἄτιμον αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαίνων νομοθετοῦντες ὀρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν, ὥς ὄντως ὄντα ξενικόν. Notatu dignum videtur in superiore illo opere q. i. Respublica nihil eiusmodi inveniri: in reliquis quoque omnibus, quae ad res venereas pertinent, multo severiorem factum esse Platonem senem satis notum est¹.

onem nostram appellationis 'καλός τε καὶ ἀγαθός' pertinet cf. *Plut.* V. Dem. c. 4: Δημοσθένης ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥς ἱστορεῖ Θεόπομπος, ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαίροποιος ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοὺς τοῦτο πράττοντας (opponitur l. l. matris origo dubia). Respicit et corrigit — ex ipso puta Demosthene — Theopompus invidiose ab Aeschine dicta haec: Δημοσθένους υἱὸς εἰ νόθος τοῦ μαχαίροποιοῦ (II, 93), et τοῦτ' αὖ πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, ἀνὴρ ἐλεύθερος. — οὐ γὰρ δεῖ ψεύδεσθαι. — τὰ δ' ἀπὸ τῆς μητρὸς πῶς ἔχει (natione Scythicam fuisse) (III, 171). Apparet, opinor, inter se cohaerere, quod pro opifice sordido Aeschinis dominus ponitur officinae magnae, pro homine libero dumtaxat — subaudi 'sed opifex est' — vir ex honestioribus unus. Sensum locutionis 'καλός τε καὶ ἀγαθός' Socraticum et ad ipsam morum aestimationem pertinentem, immerito locis huiusmodi postules.

¹ Cf. G o m p e r z, *Griechische Denker* II, p. 518 sq.

Ceterum ut aliis in rebus¹ ita hic quoque ii qui Pythagorae vitam descripserunt, seu potius dicam finxerunt, Platonis quasi ad exemplar antiqui illius philosophi decreta expresse-
runt. Velut Iamblichus de V. Pyth. IX, 50 haec tradit: οἱ δὲ ἀκούσαντες τό τε Μουσεῖον ἰδρύσαντο καὶ τὰς παλλακίδας, ἃς ἔχειν ἐπιχώριον ἦν αὐτοῖς, ἀφῆκαν. Subesse Platonis exemplum (cf. pag. 23) neminem fugere potest; errasse autem patet La-
saulxium², qui rerum verarum memoriam deprehendere hic sibi visus sit.

His praemissis videndum iam erit, quatenus ad eos quoque, qui iusto coniugio obligati essent, concubinam habendi li-
centia pertinuerit. Quam quaestionem ita hic persequi nobis in animo est, ut primum agamus de iis testimoniis, quae ad heroes pertineant, tum vero de temporibus plane historicis.

In carminibus epicis nonnulla indicia inveniuntur, ex quibus appareat apud eos quoque, quibus uxor esset, pervulgatum fuisse concubinas habendi morem. Nam ipsum licet παλλακί-
δος nomen duobus³ tantum locis adhibeatur, res tamen vel latissime patebat (cf. pag. 27) atque eo quidem usque, ut Aris-
toteles⁴ hoc sibi quaestionis fecerit, quam de causa nullo Iliadis loco Menelaum cum concubina rem habentem faciat poëta, cunctis cum det mulieres: in causa habendam esse uxoris legitimae — cuius recuperandae tantum bellum suscepit — reverentiam. Problema omnino an immerito odoraverit Aris-
toteles, nonnemo, opinor, mecum dubitabit; quod ad ipsam rem tamen attinet notatu dignum videtur, Odysseae certe

¹ Cf. Erich Frank, *Platon und die sog. Pythagoreer* p. 76.

² *Op. l.* p. 104.

³ Il. IX, 449, 452; Od. XIV, 203.

⁴ Athenaeus XIII, 556C: Θαυμάσαι δ' ἂν τις (φησὶν Ἀριστοτέλης) ὅτι οὐδαμοῦ τῆς Ἰλιάδος Ὅμηρος ἐποίησε Μενελάῳ συγκοιμωμένην παλλακίδα, πᾶσι δούς γυναῖκας "Εοικεν οὖν ὁ Σπαρτιάτης αἰδεῖσθαι γαμετὴν οὔσαν τὴν Ἑλένην, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν στρατείαν ἤθροισε διόπερ φυλάττεται τὴν πρὸς ἄλλην κοινωνίαν. (Quod fragmentum e libro q.i. Ἀπορήματα Ὀμηρικά sumptum esse putat Rose, *Arist. Fr.* 144.)

poeta iudice, uxoris reverentiam non impediisse, quin idem hic Menelaus e serva concubina filium procrearet. Legimus enim Od. IV, 10, sqq. simul cum filia ingenua in matrimonium collocari:

ὅς οἱ τηλύγετος γένετο κρατερὸς Μεγαπένθης
ἐκ δούλης· Ἑλένη δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον,
ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἐγείνατο παῖδ' ἐρατεινήν,
Ἑρμιόνην

Quod ex eodem hoc loco colligere¹ licet, antiquis illis temporibus ne id quidem moris non fuisse, ut vel domi suae et iuxta uxorem concubinam haberent homines Graeci, id nonnullis apud Homerum seu testimoniis seu indiciis confirmatur. Hos velim locos et inter se et cum superiore illo conferas:

Od. XIV, 201 sqq. de ficta sua ex patre Cretensi origine haec narrat Ulixes:

υἱέες ἐν μεγάρῳ ἡμὲν τράφεν ἡδ' ἐγένοντο
γνήσιοι ἐξ ἀλόχου· ἐμὲ δ' ὦνητὴ τέκε μήτηρ
παλλακίς, ἀλλὰ με ἴσον ἰθαιγενέεσσιν ἐτίμα
Κάστωρ Ὑλακίδης

Il. I, 29 sqq. sic de Chryseïde agit Agamemnon dominus:

τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρὶν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης,
ἰστὸν ἐποικομένην καὶ ἐμὸν λῆχος ἀντιόωσαν.

Quibuscum una considerata sunt eiusdem de Chryseïde haec (ibid. vs. 113 sqq.):

ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν
οἴκοι ἔχειν. καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
κουριδίης ἀλόχου

Il. IX, 449 sqq. de Amuntore patre haec narrat Phoenix:

ὅς μοι παλλακίδος περιχώσατο καλλικόμοιο·
τὴν αὐτὸς φιλέεσκεν, ἀτιμάζεσκε δ' ἄκοιτιν,

¹ Apparet enim Homeri auctorem ita rem finxisse, ut Helena domi adhuc fuerit cum Menelaus spurium hunc filium procrearet (Ἑλένη δὲ κ. τ. λ. causam significant).

μητέρ' ἐμήν· ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο γούνων
παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα.

Od. I, 432 sqq. de Euryclea haec legimus:

ἴσα δέ μιν κεδνῇ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισιν,
εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο· χόλον δ' ἄλλεινε γυναικός.

Quibus locis inter se collatis hoc statuamus licet: alias uxores — magis minusve invitas an bona cum gratia non liquet — domesticis maritorum amoribus concessisse, alias invidia ac dolore permotas per machinationes restitisse, alias denique ipso indignationis suae metu prohibuisse cogitantes.

De epicorum carminum testimoniis hactenus. Sequitur ut videamus de ceteris mythici huius generis documentis, qualia cum apud alios inveniuntur, tum praesertim apud poetas tragicos. Ex quibus quae imprimis notandae videntur haec sunt:

a. Leucothea gravi dolore afflicta, quod Athamas maritus suus ancillam habeat concubinam ¹.

b. Cassandra, quam concubinae loco Mycenae secum duxit Agamemnon, una cum ipso domino interficitur a Clytaemnestra, cuius invidiam movit ².

c. Deianirae in Iolam, servam sibi aemulam, invidia ³ Herculi funesta fit.

d. Andromache, Neoptolemi concubina et Molossus filius eius aegre effugiunt mortem, quam Hermione, uxor illius legitima, ambobus paravit, postquam utpote ipsam sterilem odio se haberi sensit a marito ⁴.

e. Pelasgi Lemnii concubinas suas Atticas una cum filiis spurii interficiunt, quia damno publico ali vident ingenuorum aemulos superbos ⁵.

¹ Cf. supra p. 14.

² Aesch. *Agam.* vs. 1440 sqq.

³ Soph. *Trach.* vs. 545 sqq.

⁴ Eurip. *Androm.* vs. 155 sqq.

⁵ Herod. VI, 138 sq. Cf. supra p. 13. Ceterum notandum hic videtur ita rem narrari ab Herodoto, ut iure colligas eos quoque, quibus uxores

Mythica hac materia cum epica illa collata haud scio an quis prima fronte colligat tantopere praevaluisse uxorum legitimarum invidiam ut satis rara fuerit quietior illa concubinatus cum matrimonio iuncti species, quam non defuisse paulo supra (pag. 49) statuimus, cuiusque velut vestigia in 'Draconis' adhuc lege respici ante posuimus (pag. 42 sq.). Atqui considerari hic oportet et omni aetate uxores fuisse ad obsequium erga maritos tamquam natas et quietissima quaeque minime historiam fieri. Ceterum tantum abest ut elevare velimus vim doloris illius et invidiae, cuius tot et tanta testimonia perlustravimus, ut hinc ipsum factum putemus, ut communi de his rebus opinione sensim inmutata, concubinatus ille cum matrimonio iunctus prorsus denique evanuerit. Quod quo iure ponamus, ex iis diiudicare licebit, quae deinceps disputabimus de rationibus plane historicis.

Proficiscendum hic videtur ex eorundem, quos pag. 46 laudavimus viros doctos, opinionibus; partim quae inter se congruunt. Utriusque enim sententia per leges saltem nihil impediebat, quominus civis, cui uxor esset, idem sibi adiungeret concubinam. Ab hac autem parte cum consentiant, in ceteris iam discedunt. Hruzam enim collatis eis, quae pag. 46 laudavimus sic existimare apparet uxoris metu invidiae deterreri potuisse virum rem huiusmodi cogitantem¹; Caillemeri vero sententia ita de hac re loquuntur auctores, quasi 'tantum non vetitum fuerit'². A priore et communi illa parte, quae pertinet

essent legitimae, concubinas ex Atheniensibus illis sibi ascivisse. (cf. 139); immo, temporibus illis cum rarior fuisse videatur caelibatus, de altero hoc genere omnino non cogitari admodum est probabile.

¹ H r u z a *op. l.* p. 93: „Da dem Ehemanne keine eheliche Treupflicht auferlegt war, stand rechtlich nichts im Wege, dass er sich eine *παλλακή* aushalte; bei dem Unvermählten fiel auch das faktische Hindernis, das etwa die Eifersucht oder das Hausregiment der Frau dem Ehemanne bereitete natürlich weg.“

² „Bien loin de nous dire que l'entretien d'une pallaque près de la femme légitime fût légalement autorisé, les auteurs anciens parlent presque, comme s'il était défendu.“

ad ipsarum legum rationes, nos quoque cum Hruza consentimus; nihil enim hic invenitur, quod contra suadeat. Quantum vero ad alterum illud pertinet, de integro rem tractare opus est, siquidem et Hruza parum dicit, et duo ea, quibus Caillemer utitur testimoniis, vix quicquam probant: non enim pertinent ad viros, quibus et uxor sit et concubina, verum ad eos, duobus qui vivant coniugiis¹.

Aliis ergo documentis demonstrandum est nobis a moribus Graecorum alienum fuisse, ut iuxta uxorem concubinam haberet maritus.

Initium hic faciendum videtur ab Euripidis Andromache; vix enim est, quod moneam ab ipso huius fabulae argumento mythico distingui licere atque adeo oportere totum sentiendi et ratociniandi genus aetatis Euripideae colore imbutum. Disputantes ergo inter se finguntur Andromache serva, Neoptolemi domini concubina² et Hermione uxor eiusdem legitima. Qua in disputatione cum alia attinguntur, tum quod ad nos nunc attinet, varie agitur de concubinatus cum matrimonio iuncti rationibus: haec cum totum hunc morem utpote barbarorum proprium a Graecia defendat, illa cum nihil insoliti aut non ferendi hic videat. Verba Hermiones ut afferam potissima³:

vs. 168 γυνῶνάί θ' ἐν' εἰ γῆς. οὐ γάρ ἐσθ' Ἐκτωρ τάδε,
οὐ Πρίαμος, οὐδὲ Τρωάς, ἀλλ' Ἑλλὰς πόλις.

¹ Agitur de Dem. c. Boeot. d. dote § 5 (εἰ τι ὁ πατήρ ἡμῶν μὴ ὁρθῶς διεπράξατο) et de Terent. Phorm. vs. 739, 957, 1007. Quibus de locis videas quaeso Hruza m. op. l. pag. 51 et 37.

² Παλλακή est: cf. Schol. ad vs. 216 (infra p. 53) et ipsius fabulae vs. 25, 64, 390. Ceterum monendum hic videtur passim ita loqui poetam, quasi nupta et uxor sit eadem (cf. vs. 403). Verum cf. vs. 193 ubi Andromache alterius coniugium suo ipsius ut γνήσια νομφεύματα opponit. Liberior ergo sensu huiusmodi locis — cf. etiam Soph. Trach. 428 et 546 — 'coniugium' dicitur coniunctio non legitima. Cf. etiam γαμεῖν ap. Callim. Del. 240.

³ 168 sqq.

vs. 173

τοιούτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος·

πατήρ τε θυγατρὶ παῖς τε μητρὶ μίγνυται

κόρη τ' ἀδελφῷ, διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι

χωροῦσι, καὶ τῶν δ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.

ἂ μὴ παρ' ἡμᾶς ἔσφερ'· οὐδὲ γὰρ καλὸν

δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἐν' ἡνίκας ἔχειν,

ἄλλ' ἐς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν

στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

Deinde postquam chorus dixit invidum semper esse et 'ζυγγάμοισι' infestum mulieris ingenium, Andromache primum probare studet nihil se habere cur illam 'ἀπωθ(εῖν)' velit γνησίων νυμφευμάτων, cum alia adversariae suae obicit, tum haec¹:

εἰ δ' ἀμφὶ Θρήκην χιόνι τὴν κατάρρυτον

τύραννον ἔσχες ἄνδρα, ἴν' ἐν μέρει λέχος

δίδωσι πολλὰς εἰς ἀνὴρ κοινούμενος

ἔκτεινας ἂν τάσδ';

Quem ad locum scholiasta adnotat haec: βάρβαρον ἔθνος τὸ ἐπιπαλλακεύεσθαι (i. e. iuxta uxorem legitimam παλλακὴν habere). Quo scholiastae testimonio et ipsius sententiam exprimi et communem aetatis Euripideae consensum nemo opinor dubitabit. Eo autem confidentius affirmare hoc licet, quia plane idem nos docet locus Athenaei XIII 556A—F, ubi auctor aliquis excerpitur, qui et aliorum nonnullorum et Aristotelis imprimis copiis usus est. Omnia hic exscribere longum est, ipsam vero rerum summam brevi conspectu proponamus licet. Est ergo disputandi seu potius testimonia inter se connectendi ratio, ut appareat hanc subesse sententiam:

1°. Barbarorum dumtaxat Orientalium propriam et fuisse² et esse³ concubinas iuxta uxorem habendi consuetudinem;

¹ 215 sqq.

² 556B exemplo habetur Priamus.

³ Ibid. rex Persarum: quem plane dominum esse uxoris, quae rursus obsequiose et serviliter colatur a concubinis mariti. Manifestum est

2°. Male olim *aetate heroïca* nonnullos in Graeciam transferre conatos esse rem a Graecorum moribus abhorrentem¹.

Hoc loco quod nullum affertur aetatis historicae exemplum, vel gravissimum nobis est testimonium non modo his temporibus Graecis alienum habitum esse 'τὸ ἐπιπαλλακεύεσθαι,' verum etiam idem e moribus tunc iampridem evanuisse.

Iam transeamus ad Plutarchum, auctorem de his rebus locupletissimum. Ex iis, quos hic volumus, locis unum supra iam (pag. 41) partim laudavimus. Quae autem l.l. praecedunt haec sunt: τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων τέκνων γενέσθαι πατράσιν ὑποδείμην ἂν ἔγωγε μὴ ταῖς τυχούσαις γυναιξὶ συνοικεῖν, λέγω δ' οἷον ἐταίραις ἢ παλλακαῖς. Si illa aetate usu venisset, ut iuxta uxorem aliquis concubinam haberet, aliter certe hic auctor a consuetudine deterrire aequales debuisset, quam ita, ut moneret filios ἐνδόξους iis non fore. Nempe ex uxore legitima procreari ἐνδοξοὶ potuerant! Ut vero res est, haec fere docet Plutarchus: 'Quicumque filios cupit ingenuos, is uxorem ducat. Licet enim ipsa liberos procreandi et educandi cupiditas ab iis quoque expleri possit, qui concubinarum consuetudine utantur, utpote spurii tamen et notae deterioris liberi illi per totam vitam exprobrari sibi audient originem suam'.

Alter apud Plutarchum locus, qui huc facere videtur, legitur in Vit. Solon. c. 7 (I, p. 82A): ὥστ' ἴδοις ἂν ἀνθρώπους στερροτέρᾳ τῇ φύσει περὶ γάμου καὶ γενέσεως παίδων διαλεγομένους, εἶτα τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ παισὶν οἰκοτρίβων ἢ θρέμμασι παλλακῶν νοσοῦσι καὶ θνήσκουσι παρατεινομένους πόθῳ καὶ φωνὰς ἀγενεῖς ἀφιέντας, i. e.: „Ita fit, ut inveniantur, qui in sermonibus illi quidem ingenium prae se ferant durum et a matrimonio liberisque procreandis aversum, cum iidem tamen, simulac in morbum inciderit aut decesserit unus ex vernarum aut concubinarum

Athenaei auctorem monuisse ab utraque parte aliter rem habuisse apud Graecos illos heroicae aetatis, itaque explicasse, quod in Graecia abolitus fuerit mos 'a barbaris receptus'.

¹ l. l. (Agamemnon) ἐν ἔθει γενόμενος βαβαρικῶν γάμων.

liberis, desiderio excrucientur iisque utantur querelis et lamentationibus, quae hominem non deceant." Vides et hic caelibum proprium haberi concubinatum.

Quodsi quis obiciat duobus his locis magis demonstrari factum fuisse ut caelibes concubinam haberent, quam factum non fuisse, ut viri coniugio obligati praeter uxorem legitimam concubinam sibi adiungerent, is haec mecum velim consideret, quae leguntur apud eundem auctorem *An seni resp. ger. sit* c. 9 (II, 789B): ὁ δὲ τὸν πάλαι συνοικοῦντα καὶ συμβιοῦντα πολὺν χρόνον ἀμέμπτως οἰόμενος δεῖν ἀφεῖναι διὰ τὸ γῆρας τὴν γυναῖκα καὶ ζῆν καθ' ἑαυτὸν ἢ παλλακίδιον ἀντὶ τῆς γαμετῆς ἐπισπάσασθαι, σκαιότητος ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολέλοιπεν, i. e.: „qui vero diu cum uxore commode vixerit, eum si quis iubet, uxore propter senectutem repudiata, aut solum vivere, aut concubinam in uxoris locum sibi asciscere, is profecto nihil stultitiae reliqui fecit." Apparet fuisse, qui uxori provectoris aetatis concubinam aetate florentem praeferrent. Iam tibi finge a moribus non alienam prorsus fuisse concubinatus cum matrimonio coniuncti speciem: expectandum profecto erat, ut huius quoque remedii ratio haberetur. Quid vero Plutarchus? Ex eo ipso, quod concubinam quis admittat, consequens ponit, ut uxorem prius repudiet.

Postremum ne hoc quidem nullius momenti ac ponderis est habendum, quod vox παλλακῆς nusquam adhibitum invenitur peculiari eo 'aemulae' sensu, qui tam frequens est in homonymo illo latino ¹ q. e. 'pellex'.

His absolutis sequitur, ut videamus, numquid contra afferri possit. Et primum quidem agendum hic est de Philoneo illo Antiphontis (Or. I) cuius supra (pag. 15) mentio facta est. Amico hic Philoneos utitur viro quodam, quem propter ipsam quae l.l. agitur causae rationem ex uxoris eius nomine — Clytaemnestra vocatur — appellemus ² licet 'Agamemnonem'.

¹ Cf. Ovid. *A. Am.* I, 321; Martial. XIV, 119.

² Cum Reiskio, qui fictam esse Clytaemnestrae nomen recte notat.

Domi apud hunc et in superiore parte aedium cubiculum habet Philonei concubina, quacum una versatur dominus, quoties in urbem venit. Haec qui audiat, primo haud scio an sibi fingat¹ propriam huius Philonei sedem ac domicilium ruri esse, ibique uxorem eum habere quam celare velit de concubina. Verum — id quod vel ipsum nomen² eius significat — ἔμπορος vel ναύκληρος est vir, de quo agitur: amicum qui in animo habet navigare Naxum, in Piraeum prosequitur, ibique Διὶ κτησίῳ sacra facit, quod mercatoris est. Consentaneum ergo videtur certum in litore sedem non habere Philoneum: navigatorem caelibem fingi apparet, cui quoties Athenas suas venerit, apud amicum sit deversandum.

Est tamen unum quod acrius repugnare videtur sententiae nostrae. Quattuor exempla pactionis nuptialis in papyris conservantur³ e quibus unum supra (p. 28) a nobis laudatum est. Inter ea quae maritus vetatur semper est illud 'παλλακὴν ἔχειν' uxore sua viva. Ex eo autem quod maritus vetatur concubinam habere, colligere fortasse quispiam velit pervulgatum fuisse ut ei qui vetiti non essent concubinam iuxta uxorem haberent. Neglegendum tamen non est agi de matrimoniis in Aegypto contractis. Fieri potest ut omnia in pactione huiusmodi secundum ius nuptiale Graecorum constituta fuerint, id quod Mitteis-Wilcken⁴ opinantur. Quam opinionem optimo iure proferunt, quippe cum per leges utique Graecas

¹ Velut Reiske in medio relinquit utrum vir rusticus sit an mercator.

² Fugisse videtur viros doctos non minus quam Clytaemnestrae illud, hoc quoque nomen ad rem et occasionem fictum esse ('navigationis amator') ἔμπορος, qui eidem saepe ναύκληροι sunt ipsi, semper fere navigantes esse mercatores Bolkestein notat in libro q. i. *Het economisch leven in Griekenlands bloeitijd* p. 168.

³ Chrest. II, 2, p. 319, 320; Tebt. 104 vs. 19; Giss. 2, I, 20.

⁴ Chrest. II, I, p. 213: „Unter den in Griechischer Sprache abgefaszten Ehekontrakten haben wir zunächst eine wichtige Gruppe, welche rein griechisches Eherecht repräsentiert, da bei ihr beide Ehegatten der griechischen Nationalität angehören.“

nihil obstiterit. Enimvero moris graeci fuisse concubinam iuxta uxorem ascisci minime hac re probatur. Veri enim videtur vel simillimum res eiusmodi exceptas esse quia in *Aegypto*, ubi haec matrimonia contracta sunt, concubinas iuxta uxorem legitimam viri sibi compararent¹. Woodhouse² quoque putat ea quae in matrimonio Graeco-Aegyptiaco contrahendo constituta fuerint partim ad exemplar consuetudinis Aegyptiacae pacta fuisse.

Cum autem apparuerit ex auctore Graeco nullo colligi posse, Graecos iuxta uxores concubinas quoque habuisse, ex nonnullis autem locis demonstratum sit rem huiusmodi a moribus Graecis *alienam* fuisse, iure meo hoc ponere videor: Ea quae de concubina iuxta uxorem habenda excipiuntur in matrimonio Graeco-Aegyptiaco contrahendo, numeranda sunt inter illa, quae ad rationes Aegyptiacas pertinent. Id quod eo magis ponere licet, quia 'ἐπεισάγεσθαι ἄλλην γυναῖκα' illud, i. e. *domum suam alteram uxorem ducere* minime moris graeci est.

Quibus omnibus consideratis sic statuendum videtur: aetate

¹ Cf. W. Schubart, *Einführung in die Papyruskunde* p. 460: „Schon die Eheverträge verbergen nicht, dass dem Manne zwar die Nebenfrau und Kinder von einer anderen verboten werden, der aussereheliche Geschlechtsverkehr aber freisteht. Gelegenheit dazu boten in weitem Umfange die Sklavinnen, ausser ihnen die Hetären.“

Ermann-Ranke, *Aegypten* p. 175: In der Regel gilt nur eine Frau als die rechtmässige Gemahlin und als die Herrin des Hauses, daneben aber steht es dem Manne frei, sich Nebenfrauen zu halten." (Has mulieres etiam *παλλακὰς* appellari licere, per litteras certior me fecit A. Ermann v. cl., cui pro summa erga me benevolentia gratias maximas ago).

Wiedemann, *Das alte Aegypten*, p. 92: „Nur reichere Leute vermochten es, mehrere Frauen zu unterhalten und sich einen Harem einzurichten.“

² In Hastings, *Encyclopaedia of Religion and ethics* 8 p. 449: „In the papyri we have therefore to distinguish between the enchorial marriage, in which the parties are Egyptians, and the Hellenic marriage, the regulations concerning which are partly derived from the older Greek law and partly developed under the influence of native models.“

historica παλλακὴν iuxta uxorem Graecos non habuisse; ex auctoribus saltem nihil huiusmodi demonstrari posse.

Restat ut moneamus apud barbaros morem fuisse ut complures concubinas aliquis haberet, apud Graecos vero ne minimum quidem huius rei indicium inveniri. Quo magis mirandum nobis videtur quod in libro suo, q. i. *Der römische Konkubinat*, p. 9 P. Meyer contendit Graecos eos qui concubinas haberent *complures semper* singulos habuisse. Cuius rei testimonia affert Herod I, 138 (legendum est 135) et Eunap. apud Suid. ad v. Λέων. Priore autem loco de Persis agitur, altero de rebus Orientalibus aetatis imperatoriae.

CAPUT V

QUIBUS DE CAUSIS GRAECI CONCUBINAS SIBI ASCIVERINT

Capite superiore cum demonstratum sit ex auctoribus Graecis colligi non posse Graecos iuxta uxores legitimas concubinas quoque habuisse (aetate saltem historica, de qua una hoc quoque capite agetur), itemque cum apparuerit singulis eos concubinis se continuisse, hoc iam capite exponendum erit, quibus de causis Graeci concubinas sibi ascivisse videantur. Quod priusquam exponamus, paucis docendum quomodo haec res in regionibus Orientalibus se habuerit.

Et in regionibus Orientalibus èt in Aegypto concubinas vulgo iuxta uxores legitimas inveniebantur¹. Earum numerum interdum maximum fuisse constat. Surenas, dux Parthorum, ducenta plaustra, quae sarcinas concubinarum portarent secum duxit². Artaxerxes trecentas sexaginta concubinas, forma praestantes, habuit³. Salomo quoque, rex Israelitarum permagnum numerum concubinarum habuit⁴.

Ex eis quae supra diximus apparet viros nobilissimos et locupletes tantum concubinas habere potuisse.

Nonnunquam in illis regionibus fiebat, ut uxor, liberis carens, ancillam suam marito in concubinatum daret, ne hic omni prole careret⁵. Id apud Graecos usu non venisse vel ex eo

¹ Cf. B. Meissner, *Babylonien u. Assyrien* I, p. 404 sq. E. Ranke, *Aegypten* p. 175.

² Plut. *Vit. Crassi* c. 32.

³ Plut. *Vit. Artax.* c. 27.

⁴ III. *Reg.* XI, 3.

⁵ *Genesis* XIV, 3; XXX, 3; cf. etiam M. Jastrow, *The civilization of Babylonia and Assyria* p. 309.

apparet, quod iuxta uxores concubinas non habebant.

Quae negotia παλλακῆς, aetate historica, imprimis fuerint, cognoscitur ex loco [Dem.] c. Neairam § 122, ubi haec legimus: τὰς δὲ παλλακὰς (ἔχομεν) τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος (ἔνεκα). His verbis indicatur concubinam id habuisse muneris proprii ut corpus domini curaret. Quare fit ut Plato¹ Haca-medem illam Nestoris παλλακὴν dicat, licet ab Homero de ea nihil aliud traditur, nisi eam ancillae munere fungi. Verba autem illa 'θεραπείας τοῦ σώματος' minime erotico sensu intelligenda esse demonstratur loco Plutarchi Vit. Pomp. c. 32, ubi haec traduntur: Inter eos qui regem Mithradatem fugientem persecuti sunt etiam fuit Ὑψικράτεια παλλακίς, αἰὲν ἀνδρώδης τις οὔσα καὶ παράτολμος· Ὑψικράτην γοῦν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκάλει· τότε δὲ ἀνδρὸς ἔχουσα Πέρσου στολὴν καὶ ἵππον οὔτε τῷ σώματι πρὸς τὰ μήκη τῶν δρόμων ἀπηγόρευσεν οὔτε θεραπείουσα τοῦ βασιλέως τὸ σῶμα καὶ τὸν ἵππον ἐξέκαμεν, ἄχρι ἤκον εἰς χωρίον Quamquam hoc loco non de viri Graeci concubina agitur, verba q. s. 'θεραπεύουσα τὸ σῶμα' eadem tamen sunt atque ea quae in oratione contra Neairam leguntur: plane demonstrant quomodo Plutarchus verba ea intellexerit.

Prorsus idem nos docent pactionis nuptialis exempla ea quatuor, quorum supra mentionem fecimus². E quibus unum, legentium commodo inservientes, denuo exscribemus: [καὶ] μὴ ἐξέστω Μενεκράτει γυναῖκ' ἄλλην ἐπεισάγεσθαι ἐπ' Ἀρσινόην μηδὲ παλ[λακ]ὴν μ[ηδὲ π]αιδ[ικὸν] [ἔχ]ειν μηδὲ τεκνοποιεῖσθαι ἐξ ἄλλης γυναικὸς ζώσης Ἀρσινόης Ex eo quod maritus ex alia aliqua muliere liberos procreare vetatur apparet 'παλλακὴν ἔχειν' illud non imprimis pertinere ad 'παιδοποιεῖν'. Non ergo ei licuit ancillam sibi comparare quae corpus suum curaret. Quanam autem de causa marito interdictum fuerit ne eiusmodi παλλακὴν

¹ Ion, pag. 538C.

² Cf. pag. 28.

haberet, facile intellectu est. Timebat enim uxor ne cum ancilla corpus misceret prolemque procrearet.

Ex eis quae supra demonstravimus apparere videtur sensum vocis *παλλακῆς* latius patere quam definivit Gompertz¹, qui v. d. putat *παλλακὴν* fuisse „*Haushalterin und Konkubine*”. Domino enim *παλλακὴ* eodem munere fungebatur atque *ἄβρα* dominae. ‘*Παλλακὴ*’ autem saepe idem valere atque vern. „*huis-houdster*” et „*concubine*” paulo infra demonstrabitur.

Consentaneum est facile fieri potuisse ut dominus ex eiusmodi ancilla, quae corpus eius curaret, liberos procrearet atque ita in multiplices variasque angustias laberetur. Cogitatione nobis fingere possumus concubinam ero suo persuadere conantem ut se in matrimonium ducat. Aut finge virum viduum aliquem sibi comparasse concubinam. Domini filius adultus amore concubinae capitur. Filius minatur se manus sibi illaturum esse, nisi pater ancillam sibi in matrimonium det. Ecce aerumnarum cumuli congeruntur in caput miserrimi patris. Animo iam prospicit aut servam filio suo nuptam aut filium in gladium incumbentem. Mox autem omnia in melius vertuntur postquam apparuit concubinam eam re vera ingenuam esse et filiam amici cuiusdam patris. Haec aut huiusmodi procul dubio fuit materia quae tractabatur fabulis illis *Alexidis*² et *Menandri*³ q. i. ‘*παλλακὴ*’, *Diphili*⁴ q. i. ‘*παλλακίς*’, *Nicostrati*⁵ q. i. ‘*ἄβρα*’.

Ut autem *παλλακὴ* recte munere fungi posset, necesse erat domini in aedibus eam habitare. Sic re vera rem habuisse ex his locis apparet:

1°. [Dem.] c. Neairam § 118: ἀλλὰ *παλλακὴν ἔχειν ἐν δόμῳ*.

2°. Plut. An seni resp. ger. sit c. 9 (II 789B): *παλλακίδιον ἀντὶ τῆς γαμετῆς ἐπισπασσασθαι*.

¹ *Griechische Denker* III, p. 17.

² Kock, *Com. Att. Fr.* II, p. 359.

³ „ „ „ „ III, p. 108.

⁴ „ „ „ „ II, p. 560.

⁵ „ „ „ „ II, p. 119.

3°. Plut. Vit. Brut. c. 13 (I, 989E): Ἐγώ, Βροῦτε, Κάτωνος οὔσα θυγάτηρ, εἰς τὸν σὸν ἐδόθην οἶκον οὐχ ὥσπερ αἱ παλλακεύμεναι, κοίτης μεθέξουσα καὶ τραπέζης μόνον Quamquam postremo hoc loco de Romanis agitur, optimo tamen iure ex eo quoque argumentum sumere mihi videor eius quod modo posui. Discrimen enim eiusmodi gravissimum si inter concubinas Romanas et Graecas fuisset, ut hae in aedes domini non reciperentur, sine dubio Plutarchus nos de ea re certiores fecisset.

4°. Philoneo qui in prima Antiphontis oratione concubinam habere traditur, propria sane domus non est, sed in cubiculo, quo uti solet cum Athenis est, item παλλακὴ eius habitat.

Hoc igitur gravissimum discrimen inter ἑταίραν et παλλακὴν erat: ἑταίρα alibi habitabat, παλλακὴ domi apud erum suum. Quam ad rem animum attendamus necesse est. Namque Athenaeus Herpyllidem, quae Aristotelis παλλακὴ fuit, ἑταίραν nominat. In libro enim XIII, pag. 589C haec legimus: Ἀριστοτέλης δ' ὁ Σταγειρίτης οὐκ ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Νικόμαχον καὶ συνῆν ταυτῇ μέχρι θανάτου; Licentius Herpyllis hoc loco ἑταίρα nominatur. Ex ipso quoque Athenaeo demonstrari potest ἑταίραν quam quis domi suae habeat, proprie dicendam esse παλλακὴν. In libro XIII, p. 592D haec habes: Ἑρμιππος δ' ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν τὴν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον. μνημονεύει δ' αὐτῆς Στράτις ἐν τούτοις

Καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν
 ἰδεῖν με συκάζουσιν εὐναίαν ἔτι
 τὸν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν.

Iam quaeramus quaenam causae fuerint, quibus adducti Graeci concubinatum matrimonio iusto ac legitimo praetulerint.

1°. Aliquot loci sunt, e quibus colligi potest matrimonium iustum nonnullis Graecis odio fuisse. Quod attinet ad locos e

poetis comicis sumptos, vel statim monere velim minime me fugere comicos omnia in maius augere. Attamen ne his quidem locis omnem argumenti vim deesse puto.

Eubuli fragmentum hoc legitur apud Athenaeum XIII, p. 559BC:

ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἴτ' ἐγὼ κακῶς ποτε
ἐρῶ γυναῖκας; νῆ Δί', ἀπολοίμην ἄρα,
πάντων ἄριστον κτημάτων. εἰ δ' ἐγένετο
κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπεια δὲ
μέγα πρᾶγμ'. ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα κακὴ
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν. ἀλλ' ἴσως
Φαίδραν ἐρεῖ κακῶς τις· ἀλλὰ νῆ Δία
χρηστή τις ἦν μέντοι τίς; οἴμοι δαίλαιος.
ταχέως γέ μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον.

Menandri hoc fragmentum apud Athenaeum l.l. traditur:

οὐ γαμεῖς, ἂν νοῦν ἔχης,
τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον. γεγάμηκα γὰρ
αὐτὸς, διὰ τοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν.

Carcini autem poetae tragici fragmentum hoc traditur (Athen. 559F):

ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξείπειν κακόν;
ἀρκοῦν ἂν εἴη, καὶ γυναῖκ' εἴπης μόνον.

Ex iis quae apud Stobaeum¹ traduntur haec eligimus:

Apophth. Socr.:

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τίνες μεταμέλονται τῶν ἀνθρώπων, εἶπεν
'οἱ γήμαντες'

Anaxand. com.:

"Ὅστις γαμεῖν βουλεύετ', οὐ βουλεύεται
ὀρθῶς, διότι βουλεύεται, χούτω γαμεῖ.
πολλῶν κακῶν γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ τῷ βίῳ.

Negare nolim apud Stobaeum² eiusmodi quoque testimonia

¹ Ioannis Stobaei Anthologium ed. Hense vol. IV p. 513 sqq.

² Op. l. pag. 494 sqq.

inveniri, ex quibus appareat non defuisse qui collaudarent matrimonium.

Theognidis fragmentum hoc l.l. legitur:

Οὐδέν, Κύρν', ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός,
μάρτυς ἐγώ, σὺ δ' ἐμοὶ γίνου ἀληθοσύνης.

Sophoclis hoc fragmentum est:

Τίς δ' οἶκος ἐν βροτοῖσιν ὠλβίσθη ποτὲ
γυναικός ἐσθλῆς χωρὶς ὀγκωθεὶς χλιδῇ;

Menandri autem comici fragmentum hoc est:

Οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐστιν, ὦ Λάχης,
ἐὰν σκοπῇ τις, ὥς ἀνὴρ τε καὶ γυνή.

Perhibere ergo nolim Graecos in universum a matrimonio contrahendo alienos fuisse, sed verisimillimum videtur eos, qui consentirent cum illis auctoribus, qui matrimonium dissuaderent, παλλακὰς sibi asciscere maluisse.

2°. Nonnulli auctores ei, qui semel uxorem habuerit dissuadent ne iterum matrimonium contrahat.

Fragmentum hoc Eubuli traditur apud Athenaeum XIII, 559B:

κακός

κακῶς ἀπόλοιθ' ὅστις γυναῖκα δεύτερον
ἔγημε. τὸν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς.
ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος, οἶμαι, τοῦ κακοῦ
ὁ δ' οἶον ἦν γυνὴ κακὸν πεπυσμένος.

Apud Diod. Sic. XII, 14 fragmentum hoc traditur:¹

εἴτ' ἐπέτυχες γάρ, φησί, γήμας τὸ πρότερον,
εὐημερῶν κατάπαυσον, εἴτ' οὐκ ἐπέτυχες,
μανικὸν τὸ πείρας δευτέρας λαβεῖν πάλιν.

3°. Maximopere reprehendi solebat, si quis novercam liberis suis daret. Cuius rei documenta haec sunt:

a. Eurip. Alc. 309 sq.:

ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιούσα μητρὶά τέκνοις
τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἡπιωτέρα.

¹ Cf. Kock, *Com. Att. Fr.* III, p. 425.

b. Eurip. fr. 4¹:

πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιον γυνή
τοῖς πρόσθεν ἢ ζυγεῖσα δευτέρῳ πατρί².

c. Plato Legg. 930B:

ἐὰν δὲ τελευτᾷ γυνή καταλείπουσα παῖδας θηλείας τε καὶ ἄρρενας, συμβουλευτικὸς ἂν εἴη νόμος ὁ τιθέμενος, οὐκ ἀναγκαστικός, τρέφειν τοὺς ὄντας παῖδας μὴ μητρειᾶν ἐπαγόμενον·

d. Diod. Sic. XII, 12:

τοῖς μητρειᾶν ἐπαγομένοις κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἔθηκε πρόστιμον τὸ μὴ γίνεσθαι συμβούλους τούτους τῇ πατρίδι, νομίζων τοὺς κακῶς περὶ τῶν τέκνων βουλευσαμένους καὶ συμβούλους κακοὺς ἔσεσθαι τῇ πατρίδι·

Quae hoc loco de Charonda, qui Siculis aliisque Graecis in Italia habitantibus leges scripsit, narrantur, ad aetatem historicam pertinere demonstravit Niese v. d.³

Minime mirandum est eum virum, cuius uxor mortua esset aut eum qui uxorem repudiavisset, non iterum matrimonium contraxisse sed παλλακὴν sibi ascivisse. Quam παλλακὴν eius generis fuisse, quod l. s. l. definitur „*Haushalterin und Konkubine*“ consentaneum est. Eiusmodi παλλακὴ invenitur loco Menandri eo quem supra (p. 17) tractavimus. Vir de quo agitur, viduus factus, liberos educandos curat a concubina, quae ἄβρα uxoris fuit. Aristoteles quoque, uxore sua mortua, alteram uxorem non duxit sed παλλακὴν sibi ascivit scil. Herpyllida. Exemplum viri, qui divortium cum uxore fecerit, idemque concubinam sibi comparaverit est apud Plutarchum, An seni resp. ger. sit c. 9. (II, 789B). Quem locum, supra iam laudatum, iterum exscribemus, quia plane demonstrat saepius factum esse ut maritus uxore, quacum diu vixisset, repudiata, παλλακὴν sibi ascisceret. Iterum ergo inspiciamus hunc locum: ὁ δὲ τὸν πάλαι συνοικοῦντα καὶ συμβιοῦντα πολὺν χρόνον ἀμέμπτως οἰόμενος δεῖν

¹ Nauck. *Trag. Graec. Fr.*² p. 364.

² Legendum aut cum Nauckio γάμῳ aut cum Elmsleyo δευτέρῳ πόσει.

³ Pauly-W. *R. E.*³ III, pag. 2181.

ἀφείναι διὰ τὸ γῆρας τὴν γυναῖκα καὶ ζῆν καθ' ἑαυτὸν ἢ παλλακίδιον ἀντὶ τῆς γαμετῆς ἐπισπάσασθαι, σκαιότητος ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολέλοιπεν.

4°. Iam loco proxime laudato apparuit senem, cui uxor non esset, matrimonium contrahere noluisse sed concubinam sibi comparavisse. In universum enim apud Graecos id in senibus reprehensum esse videtur, si puellam aetate florentem uxorem ducerent. Cuius rei hi loci documento sunt:

a. Theognidis (apud Athenaeum XIII, p. 560A):

Οὐ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι
οὐ γὰρ πηδάλῳ πείθεται ὥς ἄκατος,
οὐδ' ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀπορρήξασα δὲ δέσμα
πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

b. Theophili (apud Athenaeum l.l.):

Οὐ συμφέρον νέα 'στι πρεσβύτῃ γυνή.

c. Euripidis apud Stobaeum (IV, pag. 542):

δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

d. Eiusdem poetae apud Stobaeum (IV, pag. 544):

πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνὴρ.

Eadem de causa Isocratem senem, uxore mortua, concubinam illam Lagiscam sibi ascivisse verisimile est¹.

Quamquam autem concubinae illae servili loco ortae erant, tam bene tamen de dominis interdum merebantur, ut in testamento heredes scriberentur. Cuius rei insigne documentum traditur a Diogene Laertio apud quem lib. V. 1, 13 testamentum Aristotelis laudatur, in quo cum alia constituta erant tum de Herpyllide haec: ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίῳ ἡμῶν δόθῃ. δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις καὶ ἀργυρίου τάλαντον ἐκ τῶν καταλελειμμένων καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει καὶ παῖδα τὸν Πυρ-

¹ Cf. Pauly-W. R. E.² IX, pag. 2154.

ραῖον· καὶ ἐὰν μὲν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ· ἐὰν δὲ ἐν Σταγείροις, τὴν πατρώαν οἰκίαν· ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται, κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κάκεινοις καλῶς ἔχειν καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς. Quae causa fuerit cur Aristoteles Herpyllidi tam multa legaverit, ab ipso testatore dicitur. Bene enim erga eum merita est (σπουδαία ἐγένετο). Quasi praeteriens moneo, παιδίσκην illam fuisse ἄβραν Herpyllidis; qua de causa nomen eius in testamento commemorari non necesse erat. Nemo enim nesciebat quae ancilla significaretur. Servi vero nomen addendum erat.

Etiam Sophocles senex παλλακὴν habuit¹, quam heredem scripsit. Quod apparet ex Hegesandro, cuius auctoris hoc fragmentum apud Athenaeum (XIII, 592B) legimus: ἐπὶ δὲ δυσμαῖς ὦν τοῦ βίου, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, Ἀρχίππην ἡγάπησε (scil. Sophocles) τὴν ἐταίραν, καὶ τοῦ βίου κληρόνομον κατέλιπεν. Minime me fugit de Sophoclis extrema aetate aliquot fabulas fictas circumferri. Haec quoque, quae ab Hegesandro tradita sunt pro fictis habeas per me licet. Attamen fieri non potuit ut talia fingerentur nisi saepius usu venisset ut senes concubinas suas pecuniam vel alia bona largiter legarent. Etenim de factis et dictis memorabilibus hoc in universum valet: Etiam si ea, quae de homine quodam narrantur, de eo ipso ficta sunt, ipsa tamen res ex vera vita repeti solet. Quae eadem dici possunt de eis, quae a poetis comicis tractantur².

Restat ut moneam παλλακὴν nomen usitatum fuisse eius mulieris, quae cum milite, stipendia faciente, viveret³. Plane id demonstratur loco Plutarchi, *Quomodo adulator* c. 19 (II, 61A): ἡ μὲν γὰρ γυνή (scil. Cleopatra) καταλιποῦσα βασι-

¹ Quae ab Hegesandro nomine latius patenti ἐταίρα dicitur, παλλακή procul dubio habenda est.

² Cf. K. Kuiper, *De Atheensche Vrouw*, p. 62: „Het tooneel geeft de weerklink van wat in de wereld gebeurt, de comédie zoowel als het drama.”

³ Cf. P. M. Meyer, *Arch. f. Papyrusf.*, III, p. 85: „παλλακή (concubina) und das ist die Soldatenfrau während der Dienstzeit...”

λείαν τοσαύτην καὶ διατριβὰς εὐδαίμονας φθείρεται μετὰ σοῦ στρα-
τευομένη, σχῆμα παλλακίδος ἔχουσα. Quo loco Plutarchum militis
concubinam suo nomine Graece reddidisse consentaneum est.
Simulac Cleopatra, licet sit regina, cum Antonio ad bellum
profecta est, cum παλλακίδι conferri potest.

Iam ut res disperse ac dissipate dictas unum in locum coga-
mus, his de causis a Graecis παλλακὰς ascisci solitas esse puto:

Ab omni genere caelibum ut corpus sibi curaret, dispensa-
trix esset, concubina esset:

a. ab iis qui uxorem repudiassent et a viduis ne novercam
liberis darent;

b. a senibus ne derisui essent, cum aetate florentem virginem
uxorem ducerent.

INDEX

(Hoc indice omnes loci praebentur, quibus unum ex his occurrit vocabulis: ἐπιπαλλακεύομαι, παλλακεύω, παλλακή, παλλακία, παλλακίδιον, παλλακίς. Auctores ordine alphabetico enumerantur).

ἐπιπαλλακεύομαι:

Schol. Eurip. Androm. 216.

παλλακεύω:

Herod. IV, 155.

Inscr. Mous. Sm. No. μθ' ¹.

Plut. Amat. 9. (II, 753D).

V. Artax. 26 (I, 1024F).

„ Bruti 13 (I, 989E.).

„ Fab. Max. 21 (I, 186 F).

„ Them. 24 (I, 125A).

Strabo XVII, p. 816.

Synesius Epist. 3.

παλλακή:

Aelian. V. H. XII, 34.

Alciph. III, 16, 2.

Antiphon I, 14.

17.

19.

Aristoph. Vesp. 1353.

Athenaeus XIII, 557B.

592D.

Cleomedes de motu circulorum
II, 1.

Com. Att. Fr. (Kock) III, p. 149,
No. 520.

Corp. Inscr. Gr. III, 6430.

Demosth. XXIII, 53.

55.

LIX, 122.

Dio Cass. (Reim.) p. 969 v. 15.

1087, v. 67.

1206, v. 95.

96.

1213, v. 58.

Diod. Sic. II, 10, 1.

Diog. Laert. V, 1, 1.

Herodot. I, 84.

135.

173.

IV, 71.

VI, 138.

VII, 83.

187.

IX, 76.

Ioseph. Ant. Iud., I, 12.

V, 7.

VII, 3.

Isaeus III, 39.

Lucian., Tox. 26.

Lysias I, 31.

Marc. Ant. In sem. ips. I, 17.

Papyr. Chrest. II, p. 319.

320.

Tebt. p. 104, v. 19.

Giss. II, 1, 20.

Philo (Cohn-Wendl.) I, 157, 2.

219, 13.

II, 286, 26.

¹ Apud Ramsay, *Cities and Bishopries* pag. 115.

III, 77, 6.	XXVII, 132.
79, 5.	XXXI, 195.
7.	Inscr. Mous. Sm. No. μθ' ^a
80, 23.	Ioseph. Ant. Iud. VII, 3.
82, 6.	Lucian. Tyrann. 8.
83, 1.	11.
84, 5.	12.
Plato Ion p. 598C.	Merc. cond. 29.
Legg. p. 841D.	Gallus 25.
Plut. De cap. ex inim. ut. 11	De Luctu 14.
(II, 92E).	Parthenius XVI, 3.
Vit. Artax. 27 (I, 1025B).	Philo II, 82, 9.
„ Camill. 5 (I, 131C).	III, 78, 15.
„ Pericl. 24 (I, 165D).	24.
„ Solonis 7 (I, 82A).	79, 3.
Pollux IV, 151.	14.
Vetus Testamentum. Passim ¹ .	80, 16.
παλλακία:	82, 13.
Isaeus III, 39.	84, 22.
παλλακίδιον:	V, 334, 16.
Plut. An seni 9. (II, 789B).	Plutarchus Quom. adulat. 19 (II,
παλλακίς:	61A).
Anth. Palat. III, 3, 4.	Quom. adulesc. 8 (II,
Athenaeus XIII, p. 556B.	25F).
556D.	V. Artax. 27 (I, 1025B)
560D.	V. Crassi. 21 (I, 556B).
Dio Cass. (Reim.) p. 1011, 33.	32 (I, 564B).
1213, 36.	V. Luculli 7 (I, 496B).
1354, 54.	V. Marii 40 (I, 429C).
Diod. Sic. I, 47.	V. Pericl. 24 (I, 165E).
Diog. Laert. V, 1, 3.	V. Pomp. 32 (I, 636D).
Hermogenes 29, 151 (Rabe p.	V. Public. 15 (I, 105B)
56, 17).	(Strabo XVII, p. 816).
Homerus II. IX, 449.	Vetus Testamentum II Reg. 20, 3.
452.	Xenophon Anab. I, 10, 2.
Od. XIV, 203.	Cyrop. IV, 3, 1.
Iamblich. Vit. Pyth. IX, 50.	

¹ Cf. Hatch-Redpath, *A concordance to the Septuagint*.

^a Apud Ramsay, *l. l.*

STELLINGEN

I

De Grieksche concubine is steeds een slavin geweest.

II

Het Grieksche concubinaat was slechts een feitelijke, geen bij de wet geregelde verhouding.

III

Het is in historischen tijd niet voorgekomen, dat een Griek naast zijn wettige vrouw ook een *παλλακή* had.

IV

Pollux IV, 152 en 153, i. p. v. *λεκτική* leze men *ληκτική*.

V

Strabo XVII pag. 816 'καὶ σύνεστιν οἷς βούλεται' zijn een interpolatie.

VI

Het Homerische epitheton *ἄτρυγέτος* beteekent: „eindeloos uitgestrekt”.

VII

Soph. Oed. R. 1526 dient gelezen te worden als volgt: *ὅν τις οὐ ζῆλῶν κ. τ. λ.*

VIII

Het slotkoor van genoemde tragedie wordt ten onrechte in de ed. Fraenkel-Groeneboom voor onecht verklaard.

IX

Arist. Polit. III, 5, 4 (p. 1278A Susem.): na γυναῖκων is uitgevallen ἀστῶν.

X

Het fragment van Aristoteles bij Athenaeus XIII, 556C is aan 'περὶ εὐγενείας' ontleend.

XI

Ten onrechte noemt Plassard, *Le concubinat Romain* de pallaca van Alexander de Groote 'Campaspe'. Zij heet Pancaste.

XII

De ten onrechte door v. d. Vliet Aeneis III, 151 overgenomen lezing van de Daventriensis: *insomnis* berust op een verkeerde interpretatie van III, 173.

XIII

Livius XXI, 4, 8: i. p. v. *conserto* leze men *confecto*.

XIV

De slavin, die op grafstele's, zooals die van Hegeso, is voorgesteld is de ἄβρα.

